





21
we

9

IOANNIS GEORGII ESTOR
CONSILIARII AVLICI PROF. IVRIS ORDINARII TRIBVNALIS
SERENISS. SAX. DVCVM QVOD IENAE EST FAC. ICTORYM
ITEMQVE SCABIN. COLLEGII ASSESSORIS

SPECIMEN IVRIS GERMANICI
DE
I V R E
DEVOLVTIONIS.



IENAE ET LIPSIAE

APVD IOANNEM FRIDERICVM RITTERVM
A. O. R. CIJ ICCC XXXVIII.

IOANNIS GEORGII ESTOR
CONSILIARII PRO. IURIS ORDINARI TRIBUNALIS
SACRAE MAJESTATIS CAESARIS AUSTRIACAE
ITINERIS SCABINI COLLEGII ASSessoris

SPECIMEN IURIS GERMANICI
DE
IURIS
DEVOLUTIONIS



APUD IOANNEM FRITZSCHUM RITTERVM
A. O. S. CL. S. S. S. S.



HUGO GROTIUS

de iure belli et pacis, libro II. capite VIII. §. I.

*Sicut enim olim iura Graeca, ita tunc Germanica instituta
passim recepta sunt, et nunc etiam vigent.*

AUGVSTINVS LETSER

in dissertatione de superstitione iuridica in foro et extra forum obuia,
capite III. §. VI. pag. 51.

*In specie tum se exserit supersticiosa interpretatio et appli-
catio, quando iura, usque innexa instituta Germanica, ex
iure Romano, alioque extraneo explicantur et restringun-
tur, quum tamen ex rationibus domesticis, hoc est, statu
reipublicae, genio populi, institutis, moribusque domesticis
explicatio petenda sit.*

DE
IVRE DEVOLVTIONIS
EXERCITATIO.

CAPVT PRIMVM
QVO IVS DEVOLVTIONIS EXPONITVR
IN GENERE.

§. I.

TAM ornate, abundanter atque docte
hoc de argumento commentati fuerunt
iuris peritorum nonnulli, videlicet PE-

A 2

TRVS

TRVS STOCKMANS, PAVLLVS CHRISTI-
 NAEVS, IOANNES SCHILTERVS, HEINRI-
 CVS KINSCHOTIVS, BARO LISOLA, CARO-
 LVVS DE MEAN, alii (a), vt vel plane nihil, vel
 exigua admodum superesse credam, quae illo-
 rum perspicaciam ac diligentiam effugerunt.
 Neque animus est mihi, iuris huiusce natu-
 ram, indolem, originem atque vsum scrupu-
 losius iamiam pertractare aut febriculosius tru-
 tinare. Potius id nunc industriam meam
 exercebit, vt ius deuolutionis in Germania
 viguisse, ac intra canos Thuringiae Hassiaeque
 montes hodiernum florere commonstrem, in
 primis, quum hanc causam, quantum ego qui-
 dem resciscere potui, a nemine ex instituto sen-
 tio deductam et dilucidatam.

(a) Mortuo Hispaniae rege PHILIPPO IV, Galliae rex
 LYDOVICVS XIV. Belgium anno CIO IOC LXV. inuade-
 bat, ac istud ad se ex deuolutionis iure pertinere affirma-
 bat. Vsitatum namque, aiebat, est in Brabantiae ducatu, vt,
 dissoluto matrimonio, bona superstitis parentis ad eiusdem
 primi tori liberos deuoluantur, exclusis iis, qui ex secundo
 matrimonio fuerunt geniti. Iam vero, pergebat Galliae
 rex, vxor mea MARIA THERESIA ex priori coniugio
 PHILIPPI IV. cum Isabella, Henrici IV. regis filia est nata.
 Ergo MARIAE THERESIAE, vxori meae, ex iure deuolu-
 tionis Belgium competit. Iussit Galliae rex ANDREAM
 AVBERT, Gallicae causae patrocinium suscipere. Paruit
 hic, et libellum vulgavit, qui vocatur: *traité des droits*
de

de la reine tres-chretienne sur divers etats de la monarchie d'Espagne, a Paris 1667. Comparuit quoque idem opusculum habitu latino in appendice *diarii Europaei* tomo XV. et germanico idiomate in appendice tomi XVI.

Contra hunc prodiit *dialogue sur les droits de la reine tres-chretienne*, 1667. 12. atque *deductio, ex qua clarissimis argumentis probatur contra Gallos, non esse ius deuolutionis in ducatu Brabantiae*, quae legitur in appendice tomi XV. *diarii Europaei*.

Vtrique opusculo autor libelli, cui praescriptum: *remarques pour servir de reponse a deux ecrits imprimez a Bruxelles*, 1667. 12. se opposuit.

Hasce Gallorum oppositiones discussit pariter Baronis de LISOLA *bouquier d'etat et de iustice contre le dessein manifestement decouvert de la monarchie uniuerselle sous le vain pretexte des pretentions de la reine de France*, 1667. 12. Idem egit autor libelli: *la verité defendue des sophismes de la France*. Continet hunc appendix tomi XVI. *diarii Europaei*. Omnium optime hanc causam egisse dicitur PETRVS GONZALEZ DE SALCEDO in libro Hispanico, sed in Gallicum translato: *examen de la verité, ou reponse aux traitez publiez en faueur des droits de la reine tres-chretienne, sur divers etats de la monarchie d'Espagne*, a Bruxelles 1673. folio. Cui respondit GEORGE D'ABVSSON *dans la defense du droit de Marie Therese d'Autriche, reine de France, a la succession des couronnes d'Espagne*, 1674. 12. et a Paris 1699. 8. Confer interea LONDORPII *acta publica* tomo IX. p. 524. 551. *diarium Europaeum* tomo XVI. p. 6. sqq. SAMVEL. DE PVFENDORF *de rebus gestis Friderici Wilhelmi magni* libro X. §. XXVIII. FRANC. WAGNER in *historia Leopoldi* libro III. p. 210. V. C. BURCHARDI GOTTHELEFII STRVVI *corpus historiae Germanicae* p. 3080.

Ante omnes vero nominandus fuisset PETRVS STOCKMANS, olim academiae Louaniensis professor, postea in supremo Brabantiae tribunali, demum purpuratus Hispaniae

niae in Belgio senator, in opere *de iure deuolutionis*, quod reperitur inter opera eius Bruxellis 1700. 4. edita, et cum declaratione vtriusque partis in appendice tomi XVI. *diarii Europaei* et in appendice tomi XVII.

Equidem IOANNES SCHILTER tomo I. *institutionum iuris publici* libro I. titulo II. p. 28. hunc STOCKMANS lectori erudito haudquaquam fecisse satis existimat. Ut sit: ego ius deuolutionis iam explicare constitui, memor tamen illius, quod DE CAILLY cecinit:

*Des ouvrages d'autrui, quand on fait un ouvrage,
Et qu'aux yeux du public on vient à l'etaler;
A proprement parler,
Cette façon d'agir n'est pas un brigandage:
Aux auteurs prendre ainsi, ce n'est point les voler,
C'est les renouveler.*

§. II.

Quo autem lectores beneuoli intelligant, quid per ius deuolutionis veniat intelligendum; id primum, quanta fieri poterit verborum parsimonia, erit indicandum: tum quomodo in Germania, potissimum Rhenensi, atque in Brabantia floruerit: dein differentia huius iuris a iure iustiniano paucis erit contuenda: postremo, qua ratione Gothae ac Gissae viridis eius compareat obseruantia. Quod, ut faultrice procedat MINERVA, fauenteque suauiissima MVSARVM cohorte expediatur, enixissime opto. Tunc enim et lectori iucundum et

et mihi tam gratum, quam quod gratissimum eueniet.

§. III.

Antea nunc, quam ad caput caussae pedem promoueo, illos fore monendos reor, quibus patria sordent cuncta, nihil admittentes, nisi quod ex diuino isto diui IVSTINIANI iuris systemate depromptum: basiantes nihil, nisi quod peregrinum est: illudque CRASSI apud CICERONEM semper cum grauitate detonantes: *incredibile est, quam sit omne ius ciuile, praeter hoc nostrum (Romanum) inconditum ac pene ridiculum.* Et hos spero prius a me tabelam haud poscere, quam ipsis propinauero sapientissimum illud TVLLII, qui, de *finibus bonorum et malorum*, agens, *mibi quidem*, inquit, *nulli eruditi videntur, quibus nostra, id est patria, ignota sunt.* Vt sicco nunc pede transiliam, quae viri eruditi HERMANNVS CONRINGIVS, IOANNES SCHILTER, IOANNES NICOLAVS HERT, CHRISTIANVS THOMASIVS, NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLING, CORNELIVS VAN BYNKERSHOEK, IOANNES PETRVS DE LVDEWIG, IVSTVS HENNING BOEHMER, IOANNES GOTTLIEB HEINEC-
CIVS,

CIVS, IO. ADAM. KOPP, CHRISTIANVS HENRICVS SENCKENBERG, IOANNES RVDOLPHVS ENGAV, alii, de rerum patriarum iure in medium protulerunt. (a) Quocirca hanc disquisitionem de iure patrio agentem, aequi bonique consulturos esse plures confido.

(a) Adde, si placet, quae infra hac de re monui. Confer interea V. C. HEINECCII *historiam iuris* libro II. §. CXIX. CXX. et CASP. HENR. HORN *de praerogativa morum Germaniae in concursu cum LL. receptis*. Valet tamen et in Germania, quod de Gallia queritur REBVEFFVS: et utinam, ait, unus esset omnium Francia curiarum stilus: nam tot consuetudines diuersae et stili perturbant ingenia hominum.

§. IV.

His ita praemissis, nunc mecum constitui ius ipsum deuolutionis (a) paullo penitius introspicere, vt, quid hoc nomen, significet intelligant singuli. Est autem ius deuolutionis successio, qua, altero coniugum defuncto, non tantum huius, sed etiam superstitis hereditas ad liberos, quoad proprietatem transmittitur.

(a) Nobis namque hic non est sermo de iure isto deuolutionis, de quo ad tit. X. de *suppl. neglig. praelat.* agunt iuris canonici interpretes, ac per id intelligunt translationem iuris, pro ea vice amissi, in superiorem ob negligentiam in eligendo, conferendo et prouidendo, ceu eam describunt LEVRENIUS in *foro beneficiario* parte II. quaestione

ne 737. BOEHMER in *iure ecclesiastico protestantium* vol. I. p. 410. §. 2. adde, quae perdoctus EMANVEL GONZALEZ TELLEZ ad d. tit. in *commentariis perpetuis in decretales* p. 430. num. 10. in medium attulit. Et sic in iure canonico per deuolutionem indicatur negligentia conferendi beneficia, quorum collatio ad inferiores praelatos spectabat, vt illa elapso tempore suppleantur. Sed etiam in iure quiritium bona dicuntur deuolui. Verbi causa: in L. 16. D. *de actione rer. amotar.* dicitur: *ad fiscum mariti BONIS DEVOLVTIS* - - - in L. 2. §. 1. ff. *de testam. tutela* legitur: *et si semel ad testamentarium DEVOLVTA fuerit tutela* - - - in L. 96. §. 4. D. *de solut. et liberat.*: *ad eum hereditate postea DEVOLVTA* - - - C. *de bonis matern.*: *DEVOLVTAE res ad filios ex matris successione.* L. 13. D. §. 5. *quod vi aut clam.*: *dominio ad aliquem DEVOLVTO.* Adde et alia loca, quae stupenda diligentia BARNABAE BRISSONII *de verborum, quae ad ius pertinent, significatione* col. 452. obseruauit. Deuolutionis autem vocabulum in iure iustiniano frustra quaesui. Notatu interea dignae videntur L. 5. et 6. *de secund. nupt.* vbi deuolui dicuntur bona mariti ad mulierem.

Ceterum de iure deuolutionis conferas velim ANNALES FVLDENSES ad annum DCCCLVI. ET REGINONEM ad annum DCCCLXIX. p. 62.

§. V.

Exserit se illud variis modis. Nunc enim tota statim hereditas; nunc vero alibi locorum pars eius ad liberos transit. Id quod sit alicubi quoad proprietatem, vt superstiti tantum relinquatur vsusfructus omnium bonorum, quae vterque coniux possedit iure domini. Alicubi vero tertia patrimonii pars li-

B
beris



beris cedit, et quarta superstiti relinquatur coniugi.

§. VI.

Et haec species vltima, aequae ad deuolutionem recte refertur. Ea enim sic est comparata, vt bona tum mariti, tum vxoris illata, et aliunde, durante matrimonio, acquisita, marito praemortuo, liberis pro duabus partibus cederent, tertia vero apud viduam remaneret, cui tamen, quousque ad secundas nuptias non conuolabat, vsusfructus omnium tam mariti, quam priorum bonorum, relinquebatur. Equidem constat de tertia bonorum parte, qua vxor iure antiquo Germanico, in legibus scriptis et alibi conseruato, gaudebat. Vtrum vero haec eousque, quo dixi, extensa fuerit? dispiciant alii. Verosimilis quibusdam haec sententia vel ideo videri possit, quoniam non restricta apud Germanos bonorum viguit communio. Sed hac premitur difficultate ista opinio, quod non facile fit comprehensu, qua ratione eos effectus habuerit communio, vt et binas partes bonorum, vxoris priorum, absorberet? Quicquid demum sit, hoc certum est, prout nos docuit

docuit Dn. HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERG, in Rhingauia et Rhingraucis terris, Kyrnae praesertim, constanti vsu seruari, vt vxor, marito praemortuo, binas partes, quas dixi, bonorum, ab ipsa profectorum, liberis relinquere cogatur, atque, ad secunda vota transiens, non nisi tertiam massae bonorum omnium, marito et ipsi, durante matrimonio, communium, ferat. Hocque modo saepe accidit, vt, quae primam taedam concelebrans, diues esset, immo ditissima, ad tertium progressa coniugium, paupercula existeret.

§. VII.

Alia denique ratione conspicuum fit ius deuolutionis in vrbe Gothana, id quod articulus XXVI. statutorum, infra capite III. §. X. proferendus, ad oculum monstrabit.

§. VIII.

Ex his nunc patet, quid de PETRI STOCKMANS et SAMVELIS STRYKII definitionibus, quas de iure deuolutionis formarunt, sit statuendum. Is enim (a), est vinculum, inquit, quod per dissolutionem matrimonii consuetudo iniicit bonis immobilibus superstitis coniugis,

iugis, ne ea vlllo modo alienet, sed integra conseruet eiusdem matrimonii liberis, vt in ea succedere possint, si parenti suo superfuerint, vel ipsi, vel qui ab ipso nati, exclusis liberis secundi vel vltioris tori. Hic vero exhibuit (*b*), aliquo modo diuersam descriptionem huius iuris. Est nimirum, ait, deuolutio ius, vbi liberi primi tori, in bonis immobilibus, quae superstiti a morte coniugis ex hereditatibus parentum per lineam rectam obenerunt, dimidiam quoad proprietatem consequuntur, vsufructu tantum huius dimidiaie superstiti coniugi relicto.

(*a*) *de iure deuolutionis* capite I. numero 9. p. 3. adde IOANNEM WAMESIUM, professorem Louaniensem, centuria VI. consilio LVIII.

(*b*) *de successione ab intestato*, dissertat. VIII. capite XI. §. XIII. p. 860. confer et, quae hac de definitione monui infra. Sequitur itaque, vt iuris deuolutionis vera indoles in eo potissimum consistat, ne parens superstes in praedictum liberorum bona sua alienet, oppignoret, reliqua; sed vt superstes iisdem bonis vtendi fruendi administrandi que gaudeat facultate, nec tamen cautionis quidquam propterea praestet aut rationes reddat; liberi contra nec huiusmodi bonis uti, nec tamen de illis disponere possint. Adde VLRICVM HVBERVM in *praelect. ad π. de vsufr. et quemadm.* §. 4. Parentibus, inquit, qui ad secunda vota transierunt, vsufructus legalis iniungitur in rebus, quas a priori coniuge, vel prioris coniugii liberis acceperunt, L. 3. C. de secundis nuptiis. Quod a moribus quarundam gentium

tium productum est ad omnia bona, quae parentes binubi tempore secundarum nuptiarum habuerunt, quod appellant ius DEVOLVTIONIS in Brabantia vicinisque regionibus. Vnde celebris belli Gallo-Hispanici nostra memoria praetextus, quasi Philippus IV. Hispaniae rex, quum transfret ad secundas nuptias, ditiones, quas tunc habebat, dominio tenus amisisset, vsufructu tantum retento, et proprietates filiae ipsius, regi Galliarum nuptiae, cessisset. Haec ille.

§. IX.

Denominatio eius non heri aut nudius tertius nata est; sed iam medio in aevo recurrit in historia, quam pertexuit chronici magni Belgici auctor (a). verba iuuat adponere: *omne ius, inquit, quod ei tanquam regi Bohemiae competit et ratione ducatus Lucemburgi, aut alias de ducatu Brabantiae per modum DEVOLVTIONIS, seu alio modo quocumque competiuerit aut competere potuit.* Quid autem hic vocabulum deuoluere connotet, facile patet, dum transmissionem proprietatis bonorum indicat, quae aliquo modo anticipata successio vocari poterit. Deuoluitur vigore huius iuris certa ratione successio, quae viuo adhuc alterutro coniugum, scilicet quoad proprietatem, liberis obtingit, in peculiarem gratiam et securitatem liberorum adinuenta. Retrotrahitur proprietates a superstite coniuge ad liberos. Hoc



intuitu cur anticipatam successionem eam cum HEINRICO KINSCHOTIO non adpellites, nihil obest, vt ut STOCKMANS hoc ferre nequeat, successionis vocabulum eo sensu capiens, quo mortuo, non viuo, vti hic, succeditur. Iuxta nonnullos inchoata est successio, quae demum morte superstitis coniugis superueniente perficitur. Ex mente contra PETRI STOCKMANS veram proprietatem per eam transferri vix tuto statues, qui tamen frustra est, vbi nudam, civilem, fictam et sub conditione competentem proprietatem istam vocat, atque reapse nihil esse aliud opinatur, quam securitatem habendi bona, si nimirum parenti suo superuixerint. Quod autem ea liberis veram addicat proprietatem, ex illo potissimum conicerem; quandoquidem superstes parens bona sua alienare prohibetur disertim (*b*), cui accedit et hoc, quod liberi e priori toro prognati, excludant liberos secundi matrimonii ab eorumdem bonorum successionem. Praeterea notum est succedi alias non nisi mortuis; hic vero certa ratione viuis succeditur; et licet quoad vsumfructum liberi a perceptione adhuc excludantur; certissima spes tamen eiusdem per eam datur filiis: ita quidem, vt si
vel

vel alienet pater, quod erat deuolutum per mortem alterutrius coniugis intuitu proprietatis, repetant id iure optimo maximo. Possessionem ipsam hoc ius vix largitur. Vnde forte ius deuolutionis, quam successione appellare maluerunt regni Lotharingici ciues. Hinc recte Baro LISOLA (c): *il ne donne pas aux enfans cet horrible pouuoir de se saisir d'abord des biens de leur pere viuant pour une simple alienation; mais leur donne seulement espoir d'en jouir après sa mort, et droit de pretendre relief.* Et PAVLLVS (d) CHRISTINAEVS notandum, inquit, quod deuolutio bonorum, quae fit per mortem alterutrius coniugum, fieri censetur, quasi per anticipationem successione, quoad proprietatem tantum, quae viuente adhuc eo, vnde progreditur, dubia est, eo autem mortuo demum habet effectum, atque illi tunc vsusfructus vnitur (e).

(a) Qui reperitur inter IOANNIS PISTORII *rerum Germanicarum veteres scriptores* VI. p. 309.

(b) Noli facias et §. 2. *Inst. quib. alien. lic. his obftare dicas.*

(c) in libello, cui praescriptum: *bouquier d'etat et de iustice* p. 278.

(d) in *commentariis ac notis ad leges municipales Mechliniensis* articulo XXVI titulo XVI. p. 599. Cui magnam attribuunt fidem, quum esset is syndicus, consiliarius et pensionarius ciuitatis et prouinciae Mechliniensis.

(e) HEIN-



(e) HEINRICVS KINSCHOTIVS, Brabantiae cancellarius, responso LXXIV. numero XXVII.

§. X.

Quapropter non aliunde, quam ex sinu parentis superstitis, huiuscemodi deuoluta bona obueniunt. Ergo superstes coniunx proprietatem hoc iure statim amittit, nihilque retinet, nisi vsumfructum, quem hereditarium vocant, nos infra Germanicum dicimus, ac intelligimus talem, qui cum vtili dominio plane coincidit. Vt ut iam liberi veram adipiscantur proprietatem; ob vsumfructum tamen hereditarium, parenti superstiti competentem, bona ista alienari, pignoriue dari nequeunt. Vsumfructus parenti superstiti in tuto ac saluo semper constitutus esse debet. Propterea leges quum Brabantinae, tum Mechlinienses in specie parenti superuiuenti expressis verbis largiuntur vsumfructum perpetuum; ita vt, facto functo coniugum alterutro, viuus alter existat vsumfructuarius bonorum tam per hereditatem obuientium, quam per industriam adquiretorum. Inde quoque in propatulo est, cur statuta Mechliniensia hunc vsumfructum adpellare soleant *den Erfftocht* (a). Manifestum

festum quoque fit, cur deuolutio audiatur *une espece de peine.*

(a) Confer ADRIANI KILIANI *etymologicum*, vbi *Erfftochenaer* significat usufructuarium hereditarium seu fundi proprii.

CAPVT SECVNDVM

DE

IVRE DEVOLUTIONIS IN VARIIS BELGII
PROVINCIIS CONSPICVO.

§. I.

DE Brabantiae regionibus, quin in his videlicet floreat ius deuolutionis, nemo facile dubitabit. Loquuntur enim id, et testantur clarissime consuetudines Brabantiae clientelares, anno *clo clo lxx.* in vnum congestae, vbi articulo XXII. de successione sic legitur (a): vt separatione tori liberi nati fiant proprietarii feudorum, quae superstes habebat, et superstes maneat solummodo eorundem feudorum usufructuarium hereditarium seu fundiarium. Articulus XXIII. statuit: talem proprietatem morte prolis vel prolium deuolui vltcrius ad eorum liberos.

(a) Confer HENRICVM KINSCHOTIVM *responsio* LXV. numero I. et LISOLAM l.c. p. 230.

C

§. II.



§. II.

Quemadmodum ratione successionis beneficiariae deuolutionem probauimus e Brabantinis consuetudinibus; sic nunc de rebus allodialibus adeundum est ius Louaniense. Quod articulo XI. titulo de successione ita disponit: vt vno e coniugibus moriente ad liberos illius matrimonii deuoluatur et obueniat proprietatis bonorum omnium immobilium, quae dicti coniuges, et quiuis eorum, tempore obitus primi morientis possidebant, ita vt superuiuens dicta bona in totum vel pro parte nequeat distrahere, obligare, alienare, aut de iis disponere, ne quidem inter dictos liberos.

§. III.

Iam statuta Mechliniensia hoc de argumento iuuabit audire. Articuli XXVII. titulus XVI, vertente CHRISTINAE, huius est tenoris: res autem soli et heredia, siue patrimonialia, quae a stirpe superstitis descenderunt, et, quae tempore mortis eius, qui propior e vita discessit, pleno iure ab utroque coniugum possidebantur, ea superstes cum liberis in aequas portiones ita diuidet, vt superstes semissem

misse[m] inde sibi pleno iure retineat ad liberas pro arbitrio suo dispositiones, alterum semissem ipsa proles percipiat. Articulus XXV. ita sonat: porro quantum attinet ad res soli, quae superstiti a morte coniugis ex hereditatibus parentum suorum obuenerunt, ea ex dimidio pleno iure sibi ipsi retinebit, in altero dimidio vsumfructum tantummodo perpetuum sibi habiturus, proprietateque eius semissis statim ad liberos ex primo toro pertinere incipiet.

§. IV.

Leges hae omnes de iure deuolutionis testantur abunde, eiusque naturam et indolem accurate delineant. Noli facias interea, obuertatque leges Brabantinorum clientelares ac statuta Mechliniensia discordare inuicem, adeoque minus bene a me coniungi ad probandam deuolutionis naturam genuinam. Quis enim non perspicit confestim illas de bonorum deuolutione loqui generatim; haec vero deuolutionem quoque docere, sed pro parte tantum dimidia bonorum receptam. Et sic deuolutionis ius eiusque certissimum effectum in vtraque lege contineri nobis iam suf-

ficit: hac ratione nunc facile concipiendum, cur differat STRYKII definitio huius iuris ab alia, capite I. §. IV. exhibita.

§. V.

Porro deuolutionem florere videas apud Louanienses, item in regione Siluaeducis, Lyri, Traiecti ad Mosam, Genapiae, Limburgi; et in ditione transmosana, nec non in Leodiensi, Hannonica, Namurcensi, ac Gelrica idem ius obserues. (a) De Germaniae locis quibusdam testimonium perhibet IOACHIMVS MYSINGER A FRVNDECK, qui *in multis*, inquit, *Germaniae locis pro consuetudine obseruatur, ut mortua matre, tamen superstitite patre, bona immobilia fiant propria liberorum (quae dicuntur affecta liberis) ita ut pater tantum vsumfructum in iis habeat.* Sed haec capite sequenti paulo penitius excutere lubet.

(a) De Louaniensibus aliisque testantur STOCKMANS l. c. KINSCHOTIVS l. c. alii, de Leodiensibus fidem facit CAROLVS DE MEAN in *observationum ac rerum iudicatarum ad ius ciuile Leodiensium* obseruatione CXII. parte I. p. 230. et passim. de Gelris consultito IOANNEM FRIDERICVM A SANDE ad *consuetudines feudales Gelriae et Zurphaniae* tract. III. capite I. §. IX.

Cur vero hoc ius per totum Belgium non vigeat? eius rei rationem forte e CAESARIS libro *de bello Gallico*, capite I. petere licet: *omnes Belgae, ait, lingua, institutis, legibus*

DE IVRE DEVOLVT. IN VARIIS PROV. CONSPICVO. 21

gibus inter se differunt. Inde factum, vt pauci Belgarum iuris periti in libris suis de eo iure agant, vel eius mentionem faciant.

Quamobrem GER. CORSELIVS in *epistola* ad NICOLAUM BVRGVNDVM: *Belgium, scribit, vt urbium numero, ita et morum iurisque dissimilitudine, ceteras orbis partes superare videtur.*

CAPVT TERTIVM

DE

IVRE DEVOLVTIONIS IN VARIIS GERMANIAE PROVINCIIS.

§. I.

QVVM itaque ius deuolutionis in Belgio vigere docuimus; iam quoque id de Germania quibusdam regionibus erit demonstrandum. Hoc autem in prouinciis Rhenanis obtinuisse, tam ex illis, quae iam supra, capite I. §. VI. monuimus, quam ex dicendis clarissime patebit.

§. II.

Nemo non videt, Francofurti propter Moe-
num olim hoc ius deuolutionis floruisse, qui
verba reformationis veteris, quae fol. 22. *b.* le-
guntur, perpendit cum cura:

C 3

De



De bonis cedendis vno ex coniugibus
premoriente.

1. Diemyl aber solcher güter halber bißher ein Irrthum gewest is, so eins under Eluten abgangen is, ob alsdann nit allein die liegende Gütere von dem verstorbenen, sonder auch die liegende Gütere von dem leztlebenden iren gelassen Kindern einhendig worden, und anerstorben gewesen sein solten, also daß das leztlebende von seinen Gütern nichts Macht gehabt, zu verschaffen oder zu disponiren solt haben.

2. In allen solchen fellen, ordenen, setzen und wollen wir, das allein des vorigen verstorben nachgelassen liegende Gütere, und das so vor liegende Güter geacht sol werden, den Kindern der Eygenthum genzlich ufferstorben soll sein, doch dem leztlebenden sein Vsumfructum daran fürbehalten.

3. Aber die liegende Gütere, und dasjenige, so für liegende Güter geacht wird des leztlebenden, sollen den Kindern nicht ufferstorben sein, sonder das leztlebende Macht haben, die zu disponiren und zu verschaffen nach seinem Willen, vermöge der Recht.

4. Wo auch das leztlebende zur zweiten Ehe gryfen würde, sol es macht haben solich sein Gütere zur zweiten Ehe zu verschriben, und sollen alle Gewohnheit bißher dawider gebrucht ab sin, die wir uch aus unserm ordentlichen Gewalt hiemit abetun und uffheben.

§. III. Fir.

§. III.

Firmat quoque thesin nostram sequens species, casum vulgo vocant, quae adscripta legitur exemplo huius reformationis Francofordiensis, quod in bibliotheca SENCKENBERGIANA seruatur:

Hans von Irlenbach Becker und Gotta vxor han verkaufft Zimmerhansen 2. Viertel Weingarts. Nun hat Gotta für ein elichen Hufwirt gehapt und mit denselben 2. Kinder, welche noch im leben. Nun sin die 2. firtel Winsats obgemelter Gotta vor 26. Jahren von Hentchin Kumprechtten irem Vater ein halb aufferstorben, und von Aylin irer Mutter, als sie ein Wittwe gewest ist, vor IX. Jahren das andere teil ufferstorben. Nun ist die Frag: ob solich 2. firtel den Kindern von irem Vatter zu einer Sandt ufferstorben sy oder nit? dieweil der sal vor der Reformation gescheen.

§. IV.

Quod in solo Eppsteinensi ius deuolutionis pariter haud inusitatum fuerit, id claret ex iis, quae §. V. statim sum prolaturus. Necde VVetterauiae regionibus dubitare licet, quin etiam in his ius deuolutionis obtinuerit. Sed haec infra demonstabo.

§. V. Mi-

§. V.

Migremus in Hassiam. Ibi enim in multis oppidis hoc ius florere atque dominari in apri-
co est. Adponam hunc in finem quaedam
e consuetudinibus Hassiacis, quae olim manu-
scriptae circumferebantur, nunc vero bonam
partem typis excusae leguntur tomo III. *selecto-
rum* SENCKENBERGIANORVM :

Quaest. Wann aber solche Eheleut, welche also
ohn Gedinge zusammen kommen, Kinder mit einander
erzeugen, und ihrer eins vom andern verstirbt, und sol-
che Kinder verläßt, wie es dann nach gemeinen Stadt-
und Landbrauch gehalten?

Quaest. Was auf solchem Fall den Kindern erster
Ehe an ihres verstorbenen Vatters oder Mutter zu-
brachten, darnechst an dem angefallenen Erb-Pfandt
liegenden und fahrenden Güter, und zum dritten an denen
in stehender Ehe errungenen liegenden und fahrenden
Erb- oder Pfand und abläßlichen Gütern, Gülten oder
Renten gebühre und angefallen sey, und worauff
sich das noch lebende Ehemensch wiederum veran-
dern möge?

Resp. i. Wann aber solche Eheleut ohn Geding
zusammen kommen, Kinder mit einander erziehen, und
ihrer eins unter dem andern verstirbt und solche Kin-
der verläßt, alsdenn so fallen denenselben Kindern alle
Erb-

Erbgüter, so in stehender Ehe beyde Eheleuthe gehabt, es seyen zubrachte, ererbte und errungene Güter zu Marburg, Franckenberg, Giessen, Schotten, Kirchorff, Kirchhain und im Amt Eppstein, derens gleichergestalten mit den ablößlichen Gütern und Pfandten gehalten wird, eigenthümlich zu, doch behält das letzte lebende darauf die Leibzucht und fahrend Haab, auf welche sich dasselbige wiederum verändern mag.

2. Gleichergestalt wird es auch zu Allfeld, Allendorff an der Lom, Stauffenberg, Bidentopf, Rosenthal, Nidda, im Amt Blanckenstein und Ulrichstein mehrentheils gehalten, ohn allein, daß zu Allfeld auch die zweyter und folgender Ehe Kinder nit, dann ihr Eltern Vor-Eltern, in erster Ehe anerstorbener Gütern zugleich beerbt werden; Aber in dero von Allendorff, Stauffenberg, Blanckenstein und Ulrichstein, überschickten Bericht wird der errungenen Güter nicht sonderlich gedacht, dann daß sich zu Allendorff das noch lebende darauf wiederumb vererlichen mag. Zu Nidda und Battenberg erben die erste Kinder von Vatters wegen die erkaufte Güter zum halben Theil, aber an dero anderen Helfft, und dazu Battenberg an den ererbten mütterlichen Gütern beerben die Mutter alle ihre und in folgenden Ehen gebohrne Kinder zugleich. Im Amt Königsberg erben des abgestorbenen Ehegemächts Kinder seine hinterfällige Güter,

D

und

und mag das noch lebende sich auf seine eigene Güter, die fahrende Haab und Anspruch des verstorbenen Gütern bestatten, zu Seuchelheim im gemeinen Land, sind in obbeschriebenen Fall des verstorbenen Kinder, mit allen seinem Erb und in stehender Ehe gewonnenen Gütern, wenn sich das lebende wieder bestattet, geerbet, welches Ihr zum halben Theil sammt berührten Erbgütern auf ihr Beger erfolgt werden müssen, auf den andern halben Theil der eroberten Güter hat das noch lebende die Leibzucht, welches auch mit der fahrenden Haab, Pfandschaften und auf Pension ausgeliehen Geld dißfalls beerbet wird.

3. Zu Somberg vor der Höhe hat die Mutter in angeregtem Fall auff ihres verstorbenen Mannes zugebrachte liegende angefallene Erb und in stehender Ehe errungene Güter die Leibzucht darauff, und die fahrende Hab, Item das halb theil der eroberten liegenden Güter, so sie sich anderwärts bestatten mag.

4. Im Amt Sturmfels wird der Vatter in gesetztem Fall bey Niessung aller verlassenschaft sein Leben lang, er verrucke seinen Witwensstuhl oder nicht, gelassen, doch daß der mütterlichen güter eigenthumb unverruckt auch die Güter in Bau und Besserung gehalten werden.

Quaest.

Quaest. Wann aber die Mutter nach des Vatters Ableben ihren Wittwenstuhl verrücken will, muß sie den Kindern ihre väterliche Güter folgen lassen, und sich auff ihrem Gut verheurathen?

Resp. Somberg an der Ohm und die Scheffen zu Süttenberg berichten hierauff, nicht ferner, dann daß das noch lebende auff allen Gütern Erb, liegend- fahrend- oder erkoberten sein Leibzucht habe.

Quaest. Ob das noch lebende Ehemensch bey demjenigen, was seinen Kindern von ihrem verstorbenen Vatter oder Mutter und derselben Linien nach Stadt- und Landbrauch aufgerbt sein Leibzucht habe?

Resp. 1. Zu Marburg, Alsfeld, Kirchhain, Franckenberg, Bickenkopf, Schotten, im Amt Ulrichstein, Eppstein und Süttenberg gebührt dem noch lebenden dießfalls auff solchen Gütern sein Leibzucht, und muß den ersten Kindern, wenn sie sich verandern, darein ein zimlich Aussteuer zeichen, doch wird im Süttenbergischen Bericht nicht ausdrücklich gemelt aus welchen Gütern.

2. Zu Giessen, Stauffenberg, Kirdorff, Somberg an der Ohm und vor der Höhe, hat das lebende Ehemensch gleichfalls sein Leibzucht, so er aber will, mag den Kindern davon auch etwas zur Aussteuer geben.

3. Zu Allendorff an der Lom, Battenberg und Nidda, wird es in der Leibzucht gehörtermassen auch gehalten.

Aber des Aussteuers wird in derselben Bericht nicht gedacht, doch wann zu Allendorff den Kindern von ihrem Aelter oder andern Freunden was auferstorben, so behält das noch lebende Ehemensch solches, bis sich die Kinder verändern. Das Amt Blankenstein und Königsberg referiren sich auff den beyhm vorgethanen Puncten gethanen Bericht, dabey es die zu Rosenthal im gemeinen Land und Amt Sturmfels auch respective bewenden lassen.

§. VI.

His subiungam quoque illa, quae separatim de hoc iure Landgrauio Hassiae, quaerenti, responderunt scabini Gissenses anno MDCLXXIII. Quaestiones ita erant formatae:

Wann aber solche Ehleut, welche ohne Beding zusammen kommen, Kinder miteinander zeugen, und ihr eines vor dem andern verstirbet, und solche Kinder verlässet, wie es denn, nach gemeinem Stadt- und Land-Brauch gehalten werde?

Was alsdann den Kindern erstlich an seines verstorbenen Vater oder Mutter Zubrachte, der nächst an den angefallenen Erb- oder Pfand- und ablößigen Gü-
ter

ter oder Renthen gehöre und angefallen seye? Und worauff sich das nachbleibend Ehe-Mensch wiederum verändern möge?

Und ob nicht desselben nachbleibend Ehe-Mensch, bey demjenigen, was seinen Kindern von ihrem verstorbenen Vater oder Mutter, und derselben Linien her, nach Stadt- und Land-Brauch auffgeerbet, seine Leibzucht habe?

Oder es müsse den Kindern dieselbige alsobald, oder aber wann sie sich ehelichen verändern, gänzlich und zumahl abtreten?

Da ein Mann oder Frau von unterschiedlichen Ehen, einer, zwey oder dreyerley Kinder erzeuget: wie dann dieselbe Kinder ihren Vater oder Mutter, und zu was Gütern einer ieden Ehe Kindern allein oder mit den andern sämtlichen, ihren sämtlichem Vater oder Mutter erben oder nicht?

Da ein Vater oder Mutter im Witwenstand etwas von seinen Eltern oder Freunden ererben, oder auch erwerben und kauffen würde: Ob dann dasselbige Gut den Kindern voriger oder nachfolgender Ehe, oder beyder Ehe Kindern zugleich gehöre?

Ad has quaestiones Giffenses scabini ita responderunt:

Hat es diese Gestalt, und wird zu Gießen also gehalten: Wann zwey Ehemenschen, so ohne Beding zu-

D 3

sammen

sammen kommen, Kinder in wäherender Ehre erzielen, und dann ein Ehegemechts vor dem andern abstirbt, und versammlete Kinder verläst; so sterben und fallen denselben Kindern zu, alle von beyden Eltern zusammen brachte, auch ererbte und erkoberte ohnbewegliche Güter, daß also das Letzlebende nichts behält, dann allein die bewegliche Güter; doch behält es auch auff allen ohnbeweglichen Gütern den vsumfruct sein Lebenlang, und mag sich auff denselben vsumfruct als auff die Baarschafft in die zwenste oder dritte Ehe anderwärts verheurathen, alsdann aber müssen die Kinder bevormundet seyn.

In diesem Fall stehet es dem Letzlebenden frey, seine vorige Ehe-Kinder, mit den Erb-Gütern, darauff es beleibzüchtigt ist, seines Gefallens auszusteuern.

Also wird es auch gehalten in der zwensten und dritten Ehe, so Kinder darin gezielet worden; so aber keine Kinder vorhanden, alsdenn wird es gehalten, als oben x.

Was dann ein Mensch im Wittwenstand erobert, erkobert, ererbt oder ihm zufällt, so dasselbe sich nicht in weitem, oder andern Ehestand begiebt, und ob es schon vorhin dreyerley Kinder hätt, so fallen solche Güter doch alle auff die letzte Ehestands-Kinder.

Da aber ein Wittwer oder Wittwe sich in fernere Ehe begeben, und darin auch Kinder zielete, so folgen derselben Kindern die im Wittwenstand eroberte, erkoberte

berte und angefallene oder ererbte und angestorbene Güter, die beweglichen Güter behält allewege das Letzte lebende.

§. VII.

Operae pretium quoque fore autumo, ea, quae ciues Marburgenses eidem Landgrauio, quaerenti, responderunt, adscribere:

Da die Eheleut Kinder miteinander in währendem Ehestand erzielen, und darnach eines vor dem andern Todes verfähret mit Hinterlassung der Kinder, wenig oder viel, so fallen alle Erbgüter, so in der Ehe die beyde Eheleut gehabt, es seyn zugebrachte, angefallene oder ererbte Güter, denen Kindern eigenthümlich zu, und hat das überbleibende Ehe-mensch an solchen Gütern ferner nichts als die bloße Leibzucht, sie rühren gleich her von wem sie wollen.

An den beweglichen Gütern aber fället den Kindern nichts zu, sondern das überbleibende Ehe-Mensch zeucht dieselbe hinweg, und hat sich auch darauff anderweit zu bestatten, alles ohne Umsag der Kinder.

Und da die Kinder zu ihren Jahren kommen, und ausgesteuert werden sollen, so ist das überbleibend Ehe-Mensch schuldig, aus solchen Kindern den eigenthümlich angefallenen Ehe-Gütern sie auszustatten, und ein Heurath-Guth ihnen mitzugeben, alles nach Erwägung der Güter Gelegenheit.

Wann

Wann aber aus unterschiedlichen Ehen Kinder vorhanden seynd, so nehmen die Kinder erster Ehe die Erb-Güter, wie droben gehört, so in erster Ehe vorhanden gewesen, daran die Kinder zweyter Ehe nichts zu erwarten haben, sondern sich mit dem genügen lassen müssen, was in zweyter Ehe erobert, oder in der Ehe erschienen und angefallen.

Also wird es mit der dritten und mehr Ehen Kindern gehalten, welche von der ersten und zweyten Ehe Erbgütern nichts zu gewarten, wie dann auch die ersten und zweyten Ehe-Kinder von denienigen Erbgütern sich nichts zu erfreuen haben, was in dritter also auch mehr Ehen erworben, ererbt und angefallen.

Da aber eins aus den überbleibenden Eheleuten ein oder zwei Ehe verassen, und aus beyder Ehe Kinder erzeuget, auch unter den Erb-Gütern, wie droben gehört, auch fahrende Güter hat, und absterben würden, in dem Fall, weil die fahrende Güter des letzterstorbenen Ehe-Menschen eigenthümlich und nießlich gewesen, und demselben völlig zugestanden haben, beerbt solch Ehe-Mensch alle seine Kinder aus unterschiedlichen Ehen, erfolgt zugleich und in capita.

Ebenemassen wird es auch gehalten, da auff dem Wittwen-Stuhl, einem oder mehr, was erobert, oder dem überbleibenden Menschen durch Erbfall und sonstem zugewallen wäre, dann damit beerbt solch überbleibend Ehe-

Ehge-

Ehgemahl alle Kinder aus unterschiedlichen Ehen, erfolgt zugleich.

Wann aber solch Ehe-Mensch auff dem Wittwen-Stuhl Güter erworben hätte, sich wiederum ehelich bestatten, und von demselben Ehe-Gemahl absterben würde, so behält dasselbe Ehe-Gemahl alle fahrende Haabe, wie droben gehöret, und haben des Abverstorbenen Kinder nichts zu erwarten.

§. VIII.

Nec silentio praetereundum erit testimonium, quod de iure deuolutionis, in Hassia vigente, perhibet ICtus quondam Marburgensis, IOANNES FERRARIUS, Montanus, in coll. ad vsus feudorum p. 66. *alicubi gentium, ait, praesertim in Hestia (et nominatim Gissae) ex liberis diuersarum nuptiarum, qui ex primis (scilicet nuptiis) sunt, quaecunque bona immobilia, ab utroque suo parente parta, ex consuetudine consequuntur; in qua re moribus concedimus.* In nucleo hic exhibet, quae verbose tradunt statuta, atque de deuolutionis in Hassia vigore apertissimum praebet testimonium.

§. IX.

Statuta Solmensia de iure deuolutionis quoque testantur, et ad corroboranda ea, quae
E supra

supra §. IV. dixi, apprime faciunt, praesertim quum illa in multis Hassiae regionibus, nec non VVetterauicis, Isenburgicis item, ac Budingensibus, denique Nassioicis prouinciis obseruentur. Illa vero de hoc argumento sic disponunt parte II. titulo XXXVIII, vbi §. VI. de mutua coniugum successione sermo est:

Wären aber eheliche Kinder, so die beyde Eheleute miteinander gezeuget hätten, vorhanden, alsdenn sollen denselbigen die liegende väterliche und mütterliche Güter zum Eigenthum gänzlich, und die fahrende Haabe zum halben Theil auch eigenthümlich, und der andere halbe Theil dem Letzlebenden anererbet und verfallen seyn, doch dem Letzlebenden seinen Beyseß an beyden solchen Gütern sein Lebenlang vorbehalten.

§. VIII. Wir ordnen und wollen auch, wann der letztlebende Ehe-Gemahl ein Stieff-Vater oder Stieff-Mutter wäre, daß er oder sie alsdann an der Kinder erster Ehe Väter- oder Mütterlichen Gütern keinen Beyseß haben.

Nemo non obseruat, latere hic ius deuolutionis, dum liberis bonorum immobilium, paternorum et maternorum, proprietas adscribitur cum mobilium dimidia. Dominium ergo nanciscuntur liberi, et coniunx superstes nihil

ex

ex hereditate lucratur, quam proprietatem rerum mobilium pro parte dimidia, et reliquorum vsumfructum. Durius in eo est Solmense statutum Gissensi, quia et mobilium partem deuolutione adfcit. Sed recte iam monuit LISOLA, quod deuolutio non sit vniformis, vbi viget: id quod iam supra a me fuit obseruatum capite I. §. V.

§. X.

Ast quum satis diu apud Rhenanos, Hassos, Solmensesque commorati sumus, in Thuringiam reuertamus; et, an forsan hic ius deuolutionis occurrat? dispiciamus. Apparet Gothae autem hoc ius pariter vigere. Docet id clare articulus XXVI. statuti Gothani:

Kommen zwey zusammen, bringen Erbe und Guth zusammen, und was sie des mehr erwerben, und zeugen Kinder mit einander, und stirbet alsdenn das Weib, und der Mann verrucket seinen Wittwer-Stuhl, so soll derselbige mit seinen Kindern zu theilen schuldig seyn, nehmlich also:

Der Vater nimmt den Ansis des Hauses auf sein Lebelang, und die fahrende Haabe zuvor, aber die andere Erb-Güther, und was denen anhängig, sie kommen vom Vater oder Mutter her, oder seyn erzeu-

get, sollen in zwey gleiche Theile getheilet werden, und eine Helffte der Vater, die andere aber die Kinder, ihr seyn wenig oder viel, nehmen. Doch soll der Vater an der Kinder Helffte Güter, so lange sie unmündig seyn, den vsumfructum haben, und die Kinder davon mit Essen und Trinken, Kleidung und anderer Nothdurfft, nach eines jeden Stand und Vermögen unterhalten, und zum studio und andern ehrlichen Christl. Sachen auferziehen, auch die Kinder alle, wenn sie in Ehtstand treten, mit ziemlicher Kleidung ausstatten. Doch soll der Vater der Kinder Güter, weil er sie in seinen Gebrauch hat, desgleichen das Haus nicht verändern noch versehen, sondern in guter Besserung und baulichen Wesen erhalten, und einem jeden sein Theil in Monatsfrist nach gehaltener Wirthschafft, oder wenn sie ihre mündige Jahre erreichen, einreumen. Stirbt hernach das andere Weib, mit welcher der Mann auch Kinder und Güter hätte bekommen, und nimmt das dritte Weib, er soll gleichfalls die fahrende Habe und den Ansig des Hauses voraus nehmen, und hernach die andern Gütern, so er in der andern Ehe ererbt oder erworben, mit den Kindern anderer Ehe in zwey gleiche Theile vertheilen, und ein Theil vor sich behalten, und die andere Helffte seinen andern Kindern geben, und damit wie bey den ersten Kindern gebahren. Desgleichen es auch mit den Kindern dritter Ehe, da sich zu trüger

trüge, soll gehalten werden. Verfället hernach der Vater, und verläßt nach sich erster, ander, dritter Ehe, Kinder oder Kindes-Kinder, und sein letztes Weib, das Weib nimmt ihre eingebrachte Güter, und die Kinder erster Ehe das Haus, oder so viel in erster Ehe daran ist bezahlet worden, und ihre Helffte zuvor, desgleichen die Kinder anderer und dritter Ehe ihre Helffte Güter, die andern Güter, sie seyn beweglich oder unbeweglich, erzeuget oder ererbet, wie sie aus des Vaters Munde verlassen, sollen nach Bezahlung aller Schulden unter aller Ehe-Kindern und das letzte Weib, in die Häupter vertheilet werden, dasselbige Recht soll auch seyn mit dem Weib, ob der Mann zuerst sterben würde.

§. XI.

Nemo non primo obtutu animaduertit, hic subesse ius deuolutionis, et simul deprehendit illud potissimum ad seruanda bona auita fuisse introductum. Nec repugnat sententiae nostrae obiectio, qua dici posset, in hoc statuto sermonem esse de dimidia saltem bonorum parte. Notum enim est, et iam obseruauimus capite I. §. V. et capite III. §. IX., quod ius deuolutionis, quoad accidentalia, pro diuersitate locorum, sit varium.



CAPVT QVARTVM

DE

HARMONIA IVRIS DEVOLVTIONIS GER-
MANICI CVM ILLO, QVOD VIGET
IN BRABANTIA,

§. I.

QVo autem neminem minime lateat, sed promptum propositumque sit omnibus, quod ius deuolutionis in Germania cum illo Brabantino conueniat, atque conspiret suauissime; periculum huius comparationis facere iuuabit. Argumentum eius esse successionem coniugum et liberorum nemo non statim comprehendit. Quae sint partes huius deuolutionis, iam non attinet adducere, quum summam eius indicare sufficit. Concedit autem illud ius liberis proprietatem in defuncti parentis bonis immobilibus: largitur istis dominium; adeo vt, alterutro coniugum demortuo, ille, qui inter viuos adhuc haeret, nihil de bonis suis immobilibus amplius in proprietate retineat, praeter vsumfructum. Nam per mortem vnius coniugis proprietatem confestim ad liberos deuoluitur; eo fine, vt securi sint liberi, ne quid bonorum alienetur, et,

et, ne superstes conquerendi ansam nanciscatur, usufructus ipsi addicitur hereditarius.

§. II.

Sequens species rem illustrabit totam. Fac igitur CLAUDIVM cum SEIA iniuisse coniugium, sed tabulas dotales comparere nullas. Finge porro SEIAM reddere debitum naturae, posteaquam cum CLAUDIO tres procreauerat filias. Iam vero, hoc mortis casu obueniente, liberi non tantum proprietatem bonorum immobilium matris SEIAE obtinent, verum etiam parentis CLAVDII immobilia e vestigio deuoluuntur ad liberos, non exclusis iis immobilibus, quae CLAVDIVS et SEIA, coniuges, matrimonio stante, per industriam adquisuerant. Ne interea CLAVDIVS, moestissimus viduus, ad incitas redactus videatur; statutum nostrum ipsi bonorum deuolutorum usufructum tribuit, vt inde sese exhibeat, et is, ad noua prouens vota, habeat, vnde nouam alat coniugem. Nunc dicis CLAUDIVM filiabus de dote prospicere debere, quaerisque: vnde hanc dotem sumat parens? et permittunt statuta nostra, vt dos constituatur in iis bonis, quae deuoluta fuerant e patris proprietate

tate ad filias. Constituit ergo parens dotem in bonis, quae in ipsius proprietate amplius non consistunt.

§. III.

Quid quaeso clarius enodat ea, quae capite I. de iure deuolutionis in medium sunt prolata, quam haec in superiore §. adducta species? Requiritur ad deuolutionem, vt coniugum alter fato fungatur, alter vero inter mortalium remaneat consortium. Simile admodum in deuolutione Germanica praesupponi debet. Requirit Brabantinum ius prioris matrimonii liberos, quos et Germanicum desiderat. Etenim eo casu, vbi liberi e priore matrimonio non adsunt, locum haud inuenire potest deuolutio. Tribuit illa Brabantina deuolutio statim post solutum matrimonium liberis proprietatem immobilium; id quod et Teutonum praecipit deuolutionis ius. Ouum itaque ouo, nec lac lacti similis esse poterit, quam nostra deuolutio illi Brabantinae. Quae quum ita sint, quis ambiguus haerebit adhuc adfirmare, hoc ius deuolutionis Germanicum cum isto Brabantino concordare quam suauissime, ac Germaniam fouere ius deuolutionis

nis

nis ipsissimum, in eo consistens, ut cunctae res immobiles, tam patrimoniales, quam adquisitae, soluto matrimonio, deoluantur ad liberos.

§. IV.

Et quamvis iure deuolutionis Brabantorum (a), non incumbat superstiti parenti liberis suis tutores constituere, eo videlicet casu, quo amor ad secundas nuptias eum propellit, multo minus sollicitus esse debeat de inuentario bonorum deuolutorum conficiendo, nec reddat liberis suis rationes; attamen hoc iuri Germanico, quo interdum praecepta legitur tutorum constitutio, neququam aduersatur. Non enim aliam ob causam est introducta deuolutio, quam in fauorem liberorum, ut nimirum his bona parentum facta et integra conseruentur. Nihil obstat ergo, quo minus legislator istam securitatem omni modo quaeratur; et sic tantum abest, ut talis cautio scrupulosa deroget deuolutioni, ut potius illam confirmet et constabiliat. Sed instas: si pater superstes usufructu gaudet hereditario in bonis deuolutis, et ille usufructus cum dominio utili plane coincidit; tunc profecto absonum

F videri



videri posset, quod parens rem suam tutorum administrationi subiicere cogatur. At vero quemadmodum non est absurdum parenti viuo adimere immobilium proprietatem, eamque adsignare liberis; ita quoque inconueniens non est omni meliori modo securitatem liberorum promouere. Atque dum Gissenses superstiti coniugi proprietatem relinquere noluerunt, diffisi sunt parenti; multo magis illam *εαγην* diminui censuerunt, vbi ad secunda transiit vota, memores triti illius: ein Stief-Vater, eine Stief-Mutter (b), vel illud HIERONYMI, ad Furiam scribentis, metuentes: *superducit mater filius non nutricium, sed hostem, non parentem, sed tyrannum: inflammata libidine obliuiscitur uteri sui, et inter paruulos suos miserias nescientes lugens dudum noua mpta componit.* Et sic tutorum constitutio minime aduersatur deuolutioni.

(a) Confer PETRVM STOCKMANS l. c. p. 41. et, de Leodiensi iure agentem, CAROLVM DE MEAN obseruatione CXIII.

(b) IOANNES NICOLAVS HERT in *paroemiis iuris* vol. I. tom. III. p. 523.

§. V.

Bona immobilia Gissae, et alibi, subiiciuntur deuolutioni, haudquaquam mobilia. Nemo

mo autem a nobis hic expectabit verbosam tractationem de rebus mobilibus vel immobilibus. Statuta enim nostra id determinant accurate, in quibus immobilia vocantur hinterfällige Güter: suntque Haus, Hoff, mit demjenigen, was eingekleibt und angenagelt ist, darin ist, Acker, Wiesen und Gärten, mit Bäumen und andern eingesäeten Pflanzgen, dazu Erbzinß. Hinwieder aber alle wiederkäuffliche Pfand, baar Geld, Hausgeräth, Pferde, Kühe und andern Vieh, samt allem, was beweglich geachtet werden kan, hält man zu Gießen vor fahrende Haabe (a) oder Pfandschaft. Adde quoque statuta Solmensia parte II. titulo XXVIII. §. XI. et XII.

(a) Cur ita vocetur, vel Fahrniß audiat, docet IO. NIC. HERT volumine II. *opusculorum* tomo I. p. 56.

§. VI.

Ne vocabulum *vsusfructus*, vel *Leibzucht*, *Wessß* (a), vti statuta Hassiaca et Solmensia vocant, quemquam disturbet, ab ambiguitate, qua laborat, purgandum est, et quidnam significet? exponendum erit. Patebit vero e dicendis *vsusfructum*, de quo statuta ante adducta loquuntur, longe distare ab *vsusfructu Quiritium*. Hic enim constituitur necessa-



rio in re aliena, quia per L. 5. D. *pr. si ususfr. pet.* res sua nemini seruit. Germanorum ususfructus autem, ut e statutis citatis patescit, constituitur in re propria, et est pars dominii, siue, ut vulgo loquuntur, dominium utile. Neque (b) obstat L. 4. D. *de usufruct.*, vbi PAVLVS vsumfructum in multis causis partem dominii esse tradit. Siquidem V. C. GERARDVS NOODT (c) iam e medio sustulit dubia, ostenditque ICTum loqui adparenter. Ususfructus Quiritium est seruitus. Ideo utendum est rebus, salua substantia, L. 1. D. *de usufr.* Hinc usufructuarius rem in meliorem formam non redigere, nec addere fenestras domui potest, L. 13. D. §. *pen. h. t.* Etenim res manere eadem debet. Germanico contra iure hoc licitum est usufructuario, quia ususfructus Teutonicus est dominii species, diciturque *Leibgeding*, *Leibzucht*, et usufructuarii *Leibe* audiunt. Apud Quirites usufructuarius cautionem praestat de futura restitutione, eaque tam erat necessaria, ut ne testatorem quidem eam potuisse remittere credant (d). Germani contra omnem cautionem ignorant. Usufructuarius Romanus seruitutem fundo acquirere, ne consentiente quidem proprietario, nequit,
L. 15.

L. 15. §. vlt. D. h. t. GERARDVS NOODT l. c. capite XV. Apud Germanos fecus se habent omnia. Iure Quiritium vsufructuarius, ante fructus perceptos fato functus, eos ad heredes non transmittit L. 13. D. *quib. mod. vsufr. amitt.* Ius Germanicum vero iuxta paroemiam: Was die Egde bestrichen und die Hacke bedecket hat, das folget dem Erben (e), aliter disponit. Ius Romanorum vsufructuario tribuit fructus omnes ciuiles et naturales, omneque commodum concedit illi tam ad necessitatem, quam ad voluptatem. L. 7. pr. L. 9. pr. §. 4. L. 10. L. 12. §. 1. L. 41. L. 59. §. 1. D. h. t. L. 7. §. 12. *solut. matrimon.* Conf. quoque Dn. IO. GVIL. HOFMANN in *meletematibus* ad D. lib. VIII. §. 1. extraordinarios autem fructus v. g. thesaurum, non indipiscitur. Iure Germanico et extraordinariorum fructuum potitur vsufructuarius, quia est quasi dominus.

(a) Late de hoc vsufructu, ex mente statutorum Francofurtanorum et viciniae iurium, egit Dn. ORTH in denem Anmerkungen über die Franckfurtische Reformation p. 542. sqq.

(b) Vide IOANNEM SCHILTERVM in *institutionibus iuris publici* libro II. tit. 4. §. 2. et in *exercitat. ad n. XVII. §. XIX. XX.* PAVLLVM MATTH. WEHNERVM *observat. pract.* h. v. CHRISTIANVM THOMASIVM in *notis ad institut.* libr. II. tit. IV. p. 157. IO. GEORG. BETERVM in *specimine iur. German.* libr. II. cap. X. Confer quoque HEN-



RICI CHRISTIANI SENCKENBERGII *Anfangs-Gründe der alten, mittlern und neuen teutschen Rechts-Gelehrsamkeit lib. II. cap. IV. §. VII. p. 75.*

(c) *de usufructu capite II.*

(d) Idem l. c. capite XIX. qui heredem eiusmodi cautionem remittere posse negat, quod tamen e legibus vix probabitur ab ipso. Adde, quae contra ICtum eruditum M. A. Galvanum *de usufructu*, disputavit NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER in *praescriptione publica XV. p. 91. sqq.* Nec iam excutere vacat, qua ratione iure ciuili usufructus cum proprietate fuerit coniunctus, vel ab ea separatus, quod ex instituto pertractauit GREGORIUS MAIANSIUS *de usufructu proprietati coniuncto, et ab ea separato.* Nec lubet in hanc quaestionem inquirere: vtrum iure Germanico usufructus potuerit oppignorari? Quid iure Romano hac in re iuris sit, partim e lege 12. D. *de pignor. et hypothec.* partim ex MAIANSII dissertatione IV. *de seruitutibus non oppignorandis*, et e GALVANO *de usufructu*, capite XXXIX. patescit.

(e) Vir summus, IOANNES NICOLAUS HERT, *Volume I. opusculorum* tomo III. p. 429.

§. VII.

Quantum satis est, in aprico nunc constituta est differentia usufructus, quem deuolutio constituit, ab illo Romanorum. Ille namque est ius superstiti coniugi, tam in bonis praedefuncti coniugis, quam in propriis, ad dies vitae vtendis fruendis, per statutum competens. Vnde pariter discrimen elucescit inter vsumfructum ex deuolutione oriundum, et illum, quem statutarium adpellant (a).

Quan-

Quandoquidem hic tantum superstiti conceditur in bonis praedefuncti coniugis, secus ac in illo, qui tam praedefuncti, quam propria adfcit bona. Claret etiam vsumfructum deuolutionis differre iterum ab vsufructu, quem Quirites coniugi superstiti constitutum voluerunt in nouella CXVII. capite V. et *auth. praeterea C. vnde vir et vxor*. Nec confundendum erit ius deuolutionis cum illo vsufructu, quem L. 6. C. *de secundis nuptiis* tribuit coniugi, ad secunda vota properanti, eo casu, quo liberi ex priori supersunt matrimonio, et praecipit, vt contenti sint binubi vsufructu earum rerum, quas vel a defuncto coniuge acceperant, vel per successionem in bona filiorum mortuorum adepti erant; in odium vero secundarum nuptiarum amittant dominium, solo, de quo loquimur, retento vsufructu (b). Simileque in iure Boico (c), Norimbergensi (d) et aliis obserues. Quae singula in quantum cum vsufructu, quem deuolutio constituit, vel conueniant, vel discordent, nemo non animaduertit.

(a) Deuolutionis vsusfructus cum statuario in eo conuenit, quod vterque sit iuris Germanici, et dominio vtili, vt vulgo vocant, aequiparetur. Vide VLRICVM HVBE-



RVM in *praelectionibus ad π.* lib. VII. tit. I. §. IV. DAVI-
DEM MEVIVM *ad ius Lubecense* libr. II. tit. II. artic. VIII.
IOANNEM KOEPPEN lib. I. *observationum practicae*. CXXIX.
n. 20. et WILH. KLOTZIVM *de usufructu coniugum statutariorum*.

(b) Plura dabunt CHRISTOPHORVS FERDINANDVS
HARPPRECHT *de usufructu statutariorum materno* p. 6. et in *diffe-*
rentiis iuris communis et Badensis p. 131. IOANNES SCHIL-
TER in *exercit.* XLI. ad π. §. XXV. IO. PAVLLVS KRESS
in *specimine iurisprudentiae primatae* lib. II. tit. XIX. §. IV. sqq.

(c) IOANNES FRANCISCVS BALTHASAR in *reso-*
lutionibus Bauaricis tit. I. 13.

(d) RITTERSHVSIVS in *differentiis iuris civilis et ca-*
nonici libro II. cap. V. De Francofurtano iure consulas die
Reformation tit. II. §. vlt. et KLOTZIVM l. c.

CAPVT QVINTVM

RATIONES ET FVNDAMENTA IVRIS DE-
VOLVTIONIS SISTIT.

§. I.

EXPLICATA deuolutionis et usufructus,
inde resultantis, natura vera, paucis in
fundamentum et causas huius iuris in-
dagare placet. Varias autem, uti in mentem
venerunt, adferam. Nemo non videt im-
pensiosem in liberos fauorem hic subesse, par-
tim ne illi per parentum alienationes (a) in-
tempestiuas bonis olim defraudarentur, par-
tim vero ne in liberorum detrimentum ad se-
cunda

cunda vota (b) temere prouerent; quorum odium, vti aliis gentibus, ita et Germanis non exiguum sedit in pectore (c). Quocirca vir illustris, IOANNES TOBIAS HOFMANN statuti Gothani rationem ex odio secundarum nuptiarum recte deduxit in opusculo *de successione coniugum iuxta statuta Gothana*, sub praesidio B. IO. CHRIST. SCHROETERI hic ventilato, capite III. §. III. et IV. p. 34.

(a) LISOLA l. c. p. 215. ait: *le droit de devolution à esté introduit posterieurement entr'eux, pour des fins particulieres, desorte que si la devolution les empesche d'aliener, ce n'est qu'un obstacle introduit par les particuliers, qui à insensiblement pris force de coustume entr'eux.*

(b) Quam quidem caussam IOANNES SCHILTER l. c. iam vidit.

(c) Potissimum ob insigne praeiudicium, quod prioris matrimonii liberis inferitur, quum facile patet, his parum vtilitatis adferre secunda vota parentum. Conferatur IOANNES ALBERTVS FABRICIVS in *bibliographia antiquaria* p. 587. adde CHEVREANA tom. I. p. 304. *Le je ne sai quoi*, tome II. art. 22. et 23. pag. 223. MARTIALEM lib. VI. epigramm. VII.

Quae nubit toties, non nubit; adultera lege est.

Offendar moecha simplicitate minus.

et IVSTVM HENNING. BOEHMERVM *de secundis nuptiis* capite I. §. 13. PETRV MULLERVM *de odio secundarum nuptiarum*, CHRISTOPHORVM MATTHIAM PFAFFIVM in *originibus ecclesiasticis* p. 168. IO. CASPARVM SVICERVM in *thesauro ecclesiastico* voce *δύραμος*, NICOLAVM HIERONTMVM GVNDLINGIVM *de emtione vxorum* cap. I.

G

§. 22.

§. 22. 23. ERNESTVM IOACHIMVM WESTPHAL *de consuetudine ex sacco et libro* p. 3. sqq. IVSTVM CHRISTOPHORVM DITHMARVM *in notis ad Tacitum de mor. Germ.* IO. GEORGIVM WALCHIVM *in compendio antiquitatum ecclesiasticarum* p. 198. IOACHIMVM HILDEBRANDVM *de nuptiis veterum Christianorum* pag. 7. seqq. IOSEPHVM BINGHAMVM *in originibus ecclesiasticis* vol. VII. pag. 436. vol. IX. p. 279. AVGVSTINVM LETSERVM *in meditationibus ad π.* Specimine CCC. obseruatione I. et II. IANVM A COSTA *in commentariis ad decretales Gregorii IX.* pag. 121. Compara quoque Dn. IO. GEORGIVM PERTSCHIVM *in dem Versuch einer Kirchen-Historie des ersten Jahrhunderts,* cap. XXI. §. XII. p. 565. *inprimis in dem Versuch einer Kirchen-Historie des zweyten Jahrhunderts,* cap. XV. §. IX. p. 425. IO. GEORGIVM WALCHIVM *de Clemente Alexandrino, eiusque erroribus,* cap. III. sect. IV. p. 109. HO. adde NICOLAVM LE NOURRT *in adparatu ad bibliothecam maximam veterum patrum,* tomo I. p. 1017. sq. et Mr. BEAUSAUBRE *dans la lettre à un des auteurs de la bibliotheque germanique* tome III. p. 34. Germanis autem nuptias secundas valde inuisas fuisse ex illo TACITI *de moribus Germanorum,* capite XIX. colligitur. *Melius adhuc, inquit, eae ciuitates, in quibus tantum virgines nubunt, et cum spe votoque uxoris semel transgigitur. Sic VNVM accipiunt maritum, quomodo vnum corpus vnamque vitam, nec vlla cogitatio vltra, nec longior cupiditas. Latius hoc persequitur IO. CHRIST. CLEFFELIVS* cap. I. §. 19. p. 62. sqq. *antiquitatum Germanorum potissimum septentrionalium,* et nos *in opusculo: an dotalitium cesset propter secundas nuptias?* p. 29. De odio secundarum nuptiarum tam apud Graecos, quam apud Romanos eleganter disputauit EVERHARDVS FEITHIVS *antiquitatum Homeriarum* libro II. cap. XV. vol. VI. *thesauri antiquitatum Graecar.* IACOBI GRONOVII col. 3770.

§. II.

Sed in his caussis nondum subsistendum arbitror. Potius videndum: annon e communionem bonorum inter coniuges, et liberos, queat arcessi devolutionis et vsusfructus ratio quaedam noua? siquidem vnus rei plures possunt esse caussae. Iam vero Germanos communionem pro successionis fundamento posuisse coniecit Dn. HENR. CHRISTIANVS SENCKENBERG in *prodromo iuris feudalis* p. 147. (a) Dein certum est et expeditum, apud Germaniae populos bonorum communionem inter coniuges olim viguisse, qua coniugum singula bona, praesentia et futura, tam illata, quam adquisita, ex quocunque tandem titulo proueniant, pleno iure communicantur (b). Hac semel admissa, e Germaniae populis quidam rationes ita videntur subduxisse, vt crediderint, altero coniugum demortuo, liberos fieri dominos dimidiae partis hereditatis, quia omnia erant communia parentum. Sed enim defunctus coniunx, vi communionis, in bona superstitis coniugis habebat, quamdiu scilicet existeret viuus, ius quaesitum. Quumque liberi, coniugis defuncti locum occupantes,

G 2

vel



vel in toto vel pro parte demortuo illi parenti succederent, vtriusque parentis bona per communionem quasi coniuncta putarunt (c). Hinc quoque liberis, ob hanc connexionem bonorum, in parentis superstitis residuo proprietatem simul addixerunt; ne bona, per communionem coniuncta, hac ratione discernerentur. Vel, si haec nimis longinque censes petita, per me statuas, morte alterius coniugis contingente, superstitem omnium bonorum existere heredem. Iamque, hoc modo, mater relicta cunctorum bonorum effecta est domina; quae interea facile ad secunda pellici posset vota; tum, ne haec, quum paterna nunc fuit nacta, ob insidias noui mariti, facile prioris tori liberorum obliuione capiatur, lex nostra tristi huic euentui obicem ponere voluit, ne lauta filii priuentur hereditate. Haec ego pedaneus iudex. Quam interea hypothese[m] admittere velis, communionem bonorum deprehendes non minimam deuolutionis causam. Minimum adparet deuolutionem iuri Germanico non aduersari; sed cum eius traditis conuenire.

(a) Et nostro in argumento firmatur haec opinio per artic. XXVII. et XXVIII. statuti Gothani, qui ita se habent:

27. Rom

27. Kommen zwey ehelich zusammen, und bringen Erb-Güter zusammen, oder werden instehender Ehe mit Erb-Gütern befället, und haben keine Leibes-Erben, stirbt eins, das überbleibende behält das Erbe oder Gut, das von den Verstorbenen herkommen ist, weil es lebet, nach desselben Absterben aber fällt solch Erb wieder zurück, auf des erst verstorbenen Ehe-Gattens Freundschaft, von dannen es kommen ist; was sie aber an Erbe bewegliche oder unbewegliche Güter instehender Ehe miteinander erzeuget haben, damit befället eines des andern, und solches herwiederum seine Freundschaft erblich.

28. Stirbt der Mann oder das Weib, und lassen nach sich Kinder, bleibt nun der verlassene Mann oder Weib im Wittben-Stande, so soll derselbige hinterlassene Ehe-Gatte, in allen seinen und seines verstorbenen Eh-Genossen zusammen gebrachten, auch erzeugeten beweglich und unbeweglichen Gütern gelassen werden, dieselbige Güter ohne hohe Leibs-Nothdurfft und Vorwissen eines R. Rath nicht veräußern, sondern den Kindern zu gute, mit Besserung und Erhaltung sich derselben gebrauchen, die Kinder davon Christlich und ehrlich auferziehen, und wenn sie mündig und zu Ehren greiffen, nach Gelegenheit ihres Standes und Vermögen ausstatten.

(b) Vide illustris HERMANNI DIETERICI KEMMERICHII *accessiones ad institut.* p. 419. ANTONIVM MATHAEVM in *paroemiis, Belgarum ICris vsitatissimis*, paroemia II. p. 10. vsque ad p. 63. atque sic sonat: Man ende wijf hebben geen versheyden goet. IO. VOET in *commentario ad π.* libro XXIII. titulo II. § 65. sqq. tomo II. p. 43. VLRICVM HVBERVM in *praelectionibus ad π.* titulo *pro socio*, § V. sqq. AVGVSTINVM LETSERVM in *meditationibus ad π.* specimine CCCI. med. VII. p. 156. 157. Dn. Assessorum DE LVDOLFF *observatione* CCXII. p. 619. CCXXXII. p. 705. volumine II. GODOFR. CHRIST. HOFMANNVM in *diff. de communionis bonorum coniug. vera natura.* Inde nata postea proverbia: Hut bey Schleyer: Leib an Leib, Guth an Guth; Mann und Weib sind ein Leib; Mann und Weib haben

ungezweyert Gut: Längst Leib, längst Gut: Wer den Kopff hat, schiert den Bart. Confer quoque ABRAHAMVM A WESEL *ad nouellas constitutiones Vltraiectinas*, articulo X. n. 22. sqq. et *de connubiali bonorum societate*, tractatu primo num. 7 -- 16. vbi de Hollandis, Velauis, Transisalanis, Dauentriensibus, Zutphaniensibus, Tilensibus, Bergizomiis, Lusitanis, Gallorum multis, fidem facit. Lege pariter huius aduersarium ANTONIVM MATTHAEVM in *observationibus rerum iudicatarum*, quarum prima est de bonorum communione. In ducatu Wurtembergico, in Badensi, Hamburgi et Lubecae viget hoc ius, nec non Norimbergae, teste IO. IOD. BECK *de iuribus feminarum Norimbergensium singular.* p. 24. Idem ius communionis obtinet Suinfurti. Compara Dn. ORTH in denen nöthig und nützlich erachteten Anmerkungen über die erneuerte Reformation der Stadt Franckfurt ic. p. 537. 538. 539. et Dn. SENCKENBERG in *selectis iuris et historiarum* p. 441. sqq. Etenim apud Teutones inter coniuges intercedebat, tanta viri et mulieris amicitia, tam suaue consortium, vt nihil supra, teste IO. NICOLAO HERTIO in *notit. veter. Germ. pop.* parte I. cap. III. §. 2. nec in medio aeuo sese res habuit aliter. Tam sancte colebant viri tori socias, vt vel publice consensum mulierum adhiberent; immo ipsimet imperatores vxores vocarent regni et tori socias, contactales. Confer diplomata apud NICOL. SCHATEN tom. I. *annal. Paderborn.* p. 568. 490. 492. 494. Eulue FERDINANDI VGHELLI *Italiam sacram* tom. II. p. 191. et CAROLI LVDOVICI TOLNERI *codicem diplomaticum historiae Palatinae* p. 75.

(c) Quocirca vir summus, DAVID MEVIUS, parte V. *decisione* XV. 3. bona, inquit, coniugis vtriusque sic confusa et vnita, VNIVS PATRIMONII vicem habent, nulla distinctione, quae mariti vel vxoris fuerant, reliqua. Adde partis III. *decisionem* CXXXVIII. 6. Communio enim parit commixtionem, haecque plura, in vnum corpus collata, censet eadem.

§. III. Iu.

§. III.

Iubet praeterea vsusfructus in deuolutione conspicuus, ne communionem bonorum posthabeamus in eruendis eius rationibus. Etenim commune coniugum dominium effecit, vt vterque condomini (a) iure sua re vteretur. Ergo, quae ex istis communibus proveniebant bonis, communia iterum erant reputanda. Neque hoc condominium soluto expirabat coniugio, sed superstes coniunx tunc plenum adipiscebatur dominium. Ne autem, qui superuiuebat, patrimonium dissiparet; placuit Germaniae et Belgii quibusdam populis, vt dominium superstiti eriperent, idque liberis attribuerent, relicto saltem vsufructu superuiuenti coniugi.

(a) Inde factum, vt non liceret coniugi, absque coniugis adsensu, quidquam alienare, et quod magis adhuc est, pater alienaturus, necessario impetrare deberet consensum heredum; id quod e sexcentis diplomatibus probari potest. Euius hoc vir illustris IVSTVS HENNING BOEHMER *de statu donationum inter virum et uxorem* p. 38. et *de fundamento pactorum ad fideicommissa inclinantium* capite II. §. V. p. 16. sqq. Immo patet ex Dn. IO. HENRICI DE FALCKENSTEIN *codice diplomatico antiquitatum Nordgauiensium*, quod sigillatim fuerit necessarius consensus filiorum in testamentis parentum. Docet hoc diploma LXVIII. p. 68. et CCCLI. p. 306. Si liberis care-

rent,

rent, aut hi impuberes essent; bona alienanda erant cum consensu fratrum, patruorum et ceterorum propinquorum. Testatur id diploma CCXXXVIII. p. 189. Adde diplomata apud GVILIELMVM ERNESTVM TENZEL in *supplemento historiae Gothanae* p. 532. WIGVL. HVNDIVM *metrop. Salisburg.* pag. 28. CHRIST. BVTKENS *dans les trophées de Brab.* pag. 44. MEIBOMIVM *script. rer. German.* p. 413. et p. 469. BVTKENS l. c. pag. 221. 229. 210. 209. SAGIT-TARIVM *hif. Goth.* p. 64. 83.

§. IV.

Accedit alia, eaque tertia iuris deuolutionis ratio, quod nempe Germani suas in eo figerent curas cogitationesque, vt conseruarentur bona auita. Hinc istorum alienationem, nisi difficillime, atque sub certis conditionibus, permiserunt. Otium in probanda hac thesi mihi fecit omnino Dn. IYSTVS HENNING BOEHMER volumine I. *consultationum*, parte II. *conf. XLV.* numero 38. sqq. Haec de rationibus et fundamentis deuolutionis dicta sufficiant. Possemus igitur hoc caput claudere, nisi nonnulla, quae circa aequitatem huius deuolutionis oriuntur dubia, contuenda sese offerrent. Etenim dicis hoc ius tamdiu esse iniquum, quamdiu aequum est inuito non eripi rerum suarum dispositionem (a). Et respondeo omne id, quod ad conseruanda bona tendit,

dit, illi est praefendum, quod dissipandorum bonorum occasionem praebet. Et sicut haud inique egerunt Germani, dum alienationem rerum allodialium feudaliumque vehementer restrinxerunt; ita ipsorum providentia de conseruandis bonis, in fauorem liberorum, laudanda potius, quam vituperanda erit. Multos profecto parentes negligentiores abstrahit hoc ius a dilapidatione bonorum. Quare aequum est hoc ius, siquidem, in fauorem liberorum, de conseruando patrimonio, est sollicitum.

(a) Vide HERMANNVM VVLTEIUM consilio Marburgensi XXIV. n. 2. vol. II. Ideo statutum nostrum cum ratione videtur pugnare. Ratio autem est anima statuti. Propterea ultra illam non viuit, nec valet, ac ratione cessante, cessat ipsum statutum, teste DAVIDE MEVIO parte III. *decisione* CXXV. 5.

§. V.

Praeterea minus aequa videtur quibusdam deuolutio, quia plerumque, iure patrio, acquaeustus coniugalis aequalibus partibus venit diuidendus, quippe quod vetustissimi iuris est; ita enim in codice legum antiquarum FRIDERICI LINDENBROGII p. 892. legitur: *volumus, vt uxores defunctorum, post obitum maritorum,*

H

torum,

torum, tertiam partem collaborationis, quam simul in beneficio collaborauerunt, accipiant, et de his rebus, quas is, quae illud beneficium habuit, aliunde adduxit vel comparauit, vel ei ab amicis suis collatum est, has volumus tam ad orphanos defunctorum, quam ad uxores eorum pertinere. Et scias, vsumfructum hereditarium tam largum esse, vt superstes conquerendi causas maiores non habeat, quam vasallus, cui beneficium alienare prohibitum est. Sicut autem hoc ius cum aequitate non pugnat; ita nec illud iustitiae aduersatur. Accedit et hoc, quod teste DAVIDE MEVIO, viro iurisconsultissimo, parte VIII. *decisione* LII. 4. singulari odio ius persequatur nuptias secundas, adeo vt plane aboleat omnia prioris coniugii beneficia. Si ergo iniqui quidquam sibi infligi existiment tales, ad secunda vota prosilientes; id pro poena reputent secundarum nuptiarum, quae in iure aequissimo et sapientissimo, puta Romano, est aequae conspicua.

§. VI.

Contra deuolutionem quoque videtur pugnare, quod superstiti coniugi perpetuam imponat viduitatem, siquidem aufert media nouam

nouam inueniendi conditionem. Vt iam
 fileam, quod enormis inter liberos prioris tori
 inaequalitas per hoc statutum compareat, vt
 liberis secundi matrimonii nonnunquam vix
 suppetat legitima. Id quod Gissae factum
 rescium, atque legens relegensque acta, intel-
 lexi caussae patronum omnes eo intendisse
 neruos, vt ea in caussa, ad obtinendam legiti-
 mam, pro liberis secundi matrimonii, sum-
 mam iniquitatem deuolutionis ostenderet.
 Sed frustra laborauit, decisumque fuit secun-
 dum dispositionem iuris deuolutionis. Et
 recte. Quandoquidem haec iuri naturali
 haudquaquam repugnat. Inde vir summus,
 HVGGO GROTIVS, *de iure belli et pacis* libro II.
 capite VII. §. VIII. numero III. *contra euenire
 potest, ait, non ex lege tantum, sed et ex pactione,
 vt, qui ex coniugio nati sunt, alimenta sola habeant,
 aut certe excludantur praecipua hereditate, coniu-
 gium tali pacto initum, etiam cum libera femina
 concubinatum Hebraei vocant. - - Tale est matri-
 monium, ad morgengabicam, quod dicitur: a quo
 non longe abeunt secundae nuptiae apud Braban-
 tos. Nam rerum soli, quae exstabant, quum ma-
 trimonium prius solueretur, proprietas acquiritur
 prioribus liberis.* Heic quidem nobis obiicere

iuris ciuilis praecepta posses, quibus ascendentium hereditas competit descendentibus. At certum est, vbi collisio apparet iuris Romani et Teutonici, valere tunc posterius. Quomodo enim iniquitatis inculcabis hoc, si liberi secundi tori accipiunt nihil, vbi nihil est, dum non entis nulla sunt praedicata. Iunge L. 203. *D. de diu. reg. iur.* Verum enim vero si deuolutio patrem omnibus priuat, et hic habet, quod sibi imputet, quod, quasi inops nunc effectus, ad secunda vota transeat, atque liberos quaerat, quibus alendis non sufficit. Praeterea hoc nihil iniquitatis sapit, si fratres vnilaterales existunt, qui diuersi sunt inter se quod ad opes, pauper videlicet alter, alter vero locuples. Anne hoc est vnum idemque, si pater transtulit dominium rerum suarum in liberos per deuolutionem, siue per malam oeconomiam perdidit bona? Ast vero dum vltimo casu hoc euenit, cur non easdem detonas querelas? Porro sit, qui metuat, ne hoc modo liberi secundi tori nimium laedantur, illi opponimus exempla, quibus docemur, quod liberis prioris coniugii maximum saepe inferatur damnum per parentum fauorem ingentem erga liberos vltimi matrimonii, ceu ex actis B. ad facultatem

tem Gissensem transmissis, in caussa A. V. M. et I. B. proprio et liberorum nomine, contra D. didici. Et si tum experimur illud: *Stief-Vater, Stief-Mutter*: nonne hoc casu optandum fuisset, inofficioso parenti per deuolutionem fuisse obicem positum, ne in liberos prioris tori officiorum suorum adeo immemor existisset? Annon, hoc euentu inofficioso, satius fuisset, deuolutionem obseruari, quam intestinum inter liberos excitari bellum, posthabito iure deuolutionis? Dic quaeso! Quid nunc magis conducit, nimirum relinqui et conseruari prioris tori liberis bona per ius deuolutionis, quam ista his contra officia auferri, atque liberis vltimi coniugii donari?

§. VII.

Sed non est operae pretium, vt dubiis, quae de aequitate deuolutionis mouentur, immorer, quum captiosa leguleiorum argumenta iam iam dissoluit vir illustris, IOANNES TOBIAS HOFMANN in opusculo *de successione coniugum iuxta statuta Gothana*, capite III. §. VII. p. 37. Licet quidem, inquit, propter expressa huius articuli verba, sie kommen von Vater oder Mutter her, quin propria etiam superstitis

coniugis bona cum liberis sint diuidenda, amplius dubitandum haud fit; durior tamen, quam aequitas permittit, videtur haec dispositio. Nam ita patri aut matri viuenti propria auferuntur bona, et ad liberos transferuntur: pater ita cogitur viuus, vt legitimam liberis assignet, quod tamen omni iuri contrarium; quia viuentis nulla est haereditas L. 1. ff. *de hered. vend.* et hinc, qui de viui hereditate sollicitus est, habetur pro improbo. L. 2. §. 2. ff. *de vulg. et pupill. subst.* COLERVS etiam parte I. *decis. XXXVI.* ex hac ratione statuta, tale quid disponentia, plane inualida dicit, quod sint contra ius naturae; allegans pro se BARTOLVM in L. vlt. ff. n. 2. *de lib. agnosc.* BALDVINVM in L. 31. ff. *de adopt.* qui irrita vocant statuta, quae iubent; vt pater viuus legitimam det liberis. Verum abunde hisce et aliis dubiis satisfecit MEVIUS parte I. titulo I. artic. II. n. 7. CARPZOV parte III. constit. XX. definit. VIII. rationibus satis firmis demonstrantes, tam aequitatem quam vtilitatem et necessitatem talis dispositionis. Haec ille.

* * * * *

CAPVT

CAPVT SEXTVM

OSTENDENS

QVOD FRVSTRA IN IVRE CIVILI QVAERATVR
IVS DEVOLVTIONIS.

§. I.

TAMETSI ius ciuile et Germanicum in eo suauissime conueniant, quod vtrumque poenis coerceat secundas nuptias; ideo tamen frustra deriuus deuolutionem e iure Romano. Quod, vt cuncti intelligant clarius, qua videlicet ratione ius deuolutionis in alia abeat a iure ciuili, paucissimis Quiritium dogmata de secundis nuptiis delibare iuuat. Namque multis hoc iam peregerunt alii, inter quos nominare sufficiat CUNRADVM RITTERSHVSIVM in *iure Iustiniano, siue expositione nouellarum*, parte IV. capite III. IV. V. VI. p. 201. - 219. Dn. CAR. GOTTL. KNORR de *iure coniugis nuptias iterantis*, capite III. p. 27-33. IO. VOET in *commentario ad D. titulo de ritu nuptiarum* §. C. - CXXXIX. IOANNEM A SOMEREN de *iure nouercarum* capite XIII. ABRAHAMVM A WESEL ad *nouellas constitutiones Vltraiectinas*, articulo XI. et AVGVSTINVM LEYSERVM *Specimine CCC. meditationum ad ff.*

§. II. Ca-



§. II.

Capitum summa, quae Romani de secundis nuptiis docuerunt, eo reedit: Nuptiae secundae apud Romanos habebantur turpes. Hinc variae poenae in gratiam liberorum primi matrimonii introductae fuerunt.

§. III.

Earum prima est, quod binubus, aut binuba, amittat proprietatem relictorum sibi a priore coniuge, cessuram aequaliter liberis prioris tori, non arbitrio binubi, aut binubae, ut vni ex his assignari queat, sed solum retineat vsumfructum, quamdiu superstes fuerit, siue haec ex titulo sponsalitiaie largitatis, siue pacti dotalis, siue nuptialis solemnitatis, aut mortis causa donationis, vel iure institutionis, aut legati, aut fideicommissi, aut alterius cuiuslibet munificae liberalitatis, quaesita fuerint. L. 3. pr. et authent. *lucrum hoc*. L. 5. C. *de secundis nuptiis*. Nouell. II. cap. II. Nou. XXII. capite XXXII. (a)

(a) Q. vtrum haec poena ad portionem statutariam extendi queat? Negat hoc SAMVEL STRYK *de successione ab intestato* dissertatione I. capite II. §. VIII. Affirmat AVGVSTINVS LETSER I. c. meditatione VI. p. 130. et quidem recte, nixus analogia iuris Germanici.

§. IV. Se-

§. IV.

Secunda poena eo redit: quidquid coniux, secunda vota amplectens, percepit succedens liberis prioris matrimonii ab intestato in eo, quod a parente illorum praedefuncto profectum erat, illius proprietatem seruare debet aequaliter reliquis liberis, ex prioro coniugio genitis. L. 3. §. 1. et auth. *ex testamento C. de secundis nuptiis*, Nouell. XXII. capite XLVI. §. 1. 2. (a)

(a) Illustrat hanc poenam FRIDERICI SCHRAGII, augustissimae Camerae quondam assessoris, opusculum, *de successione parentum binuborum in bona liberorum, ex prioro matrimonio intestatorum.*

§. V.

Tertia secundarum nuptiarum poena est, quod binubus aut binuba (par enim, quantum ad hanc quoque poenam attinet, binubi ac binubae conditio est, teste IOANNE A SANDE *decisionum Frisicarum* libro II. titulo 3. definitione 2.) non possit coniugi secundo, vel secundae, plus donare actu inter viuos, vel vltima relinquere voluntate, quam vni ex liberis prioris matrimonii, cui minimum est relictum. Et si plus datum fuerit, hoc totum auferri debeat, ac aequaliter, (non item pro rata parte,

I qua

qua per parentem binubum instituti sunt, quum aequalis omnibus per nuptias secundas iniuria facta intelligatur) applicari solis prioris tori liberis; non tamen ingratis, vti nec illis, qui ex nouissimo procreati sunt. L. 6. C. *de secundis nuptiis*, Nouell. xxvii. (a). Adiquoque V. C. IOANNEM IENSIVM in *stricturis iuris Romani* p. 220.

(a) Mittimus acrem disputationem ABRAHAMI A WESEL et ANTONII MATTHAEI, an scilicet haec L. 6. C. restringat etiam id, quod coniux accepit beneficio statuti? Confer A WESEL *ad articulum X. Nouell. Ultraiect.*, et *de connubiali bonorum societate*, tractatu II. n. 122. nec non MATTHAEVM in *observationibus rerum iudicatarum*, obseru. I. num. 35. sqq. p. 26.

§. VI.

Quartae poenae tenor hic esto: quod mater (non item pater) amittat liberorum tutelam ac educationem, auth. *sacramentum, quando mulier tut. officio fungi potest*. Nouell. xxii. capite xl.

Quinta erit amissio dignitatis prioris mariti, de qua dicam nihil, sed ad sextam poenam procedo statim: et moneo binubum et binubam amittere ea, quae sibi a coniuge defuncto, sub conditione viduitatis relicta sunt, tametsi primi matrimonii proles desit, vsque adeo, vt
etiam

etiam non aliter relicta percipiant in viduitate,
nisi praestita cautione de reddendis relictis, vbi
ad aliud matrimonium transitus fit, Nou. xxii.
capite XLIII. XLIV.

§. VII.

Septima poena est, quod mater, nuptias
iterans, regulariter non possit reuocare dona-
tionem a liberis ingratis. Auth. *quod mater*
C. de reuocat. donat.

Octauo mater tutrix, non redditis ratio-
nibus, alteri nubens, amittit ius succedendi
liberis.

Praeterea nono vitrici bona priuignis iu-
re tacitae hypothecae obligata sunt. L. 2. C.
quando mul. tutor. offic. L. 5. C. *in quibus caussis*
pignus vel hypothec. L. 6. C. *ad SCtum Trebell.*
Nouell. xxii. capite XL.

Decimo pater, nuptias iterans, pro lega-
to vel fideicommissio liberis relicto, cautio-
nem praestare debet. L. 6. §. 1. C. *ad SCtum Trebell.*
Nouell. xxii.

§. VIII.

Vndecimo coniunx, iterum nubens, lega-
tum sub hac conditione: ne iterum nubat,
relictum, amittit. Nou. xxii. cap. XLIII.

Duodecimo testator heredi vel legatario secundas, non primas nuptias interdicere potest. Nouell. xxii. capite xliiii. xliiij. B. IO. SALOMO BRVNQVELL in dissertatione *de conditione: si non nupsferit, ultimis voluntatibus adiecta* §. XXX.

§. IX.

Superioribus omnibus secundarum nuptiarum poenis adiungimus, ex moribus et statutis quarundam regionum, quod pater ad secundas nuptias transiens, non solum cogatur describere omnia bona sua, siue inuentarium conficere, sed etiam liberis prioris matrimonii constituere tutores, ita tamen, vt hi sint honorarii tutores et obseruatores actuum paternorum.

§. X.

Verum mira inter iureconsultos est contentio: an poenae, quas modo recensui, in Germania obtineant, nec ne?

Qui eas adhuc vigere existimant, in tantum, quod ad effectum cum iure deuolutionis faciunt, eoque ipso huius aequitatem agnoscunt. Has poenas autem in Germania binubos premere, statuunt Iurisconsulti Gissenenses,

senses, teste IO. NICOLAO HERTIO *respon-*
so CLII. n. 8. CCLXXXVII. n. 7. CCCCLXXIII.
n. 10. DXXII. n. 2. DLXXXIV. n. 10. In eadem
sententia stat AVGVSTINVS LEYSER l. c. et,
qui caussas huius opinionis dedit, PAVLLVS
CHRISTINAEVS volumine I. *practicarum quae-*
sionum rerumque in supremis Belgarum curiis acta-
rum et obseruatarum decisionibus, CCLXXI. num. 22.
p. 448. Adde V. C. CAR. GOTTLIEB KNORR
de iure coniugis nuptias iterantis p. 22. Quod
tamen ita intelligendum, nisi statuto aut con-
suetudine disertis verbis sint abrogatae ali-
cubi (a). Nec eas locum inuenire censet per-
illustris dominus IOANNES BALTHASAR DE
WERNHER in *enunciatis fori hodierni*, CCCCIX.
p. 765. quando coniux in alterius coniugis
nuptias consentit. Idem statuunt V. C. AV-
GVSTINVS LEYSER l. c. medit. XX. p. 146. 147.
nixus dispositione Nouellae XXII. capite II. et
IVSTVS HENNING BOEHMER tomo I. *consul-*
tationum et decisionum, CLXIV. num. 7. Licet
multi in contrariam abeant sententiam, inter
quos est VLRICVS HVBER.

Alii eo rigoris procedunt, vt poenas se-
cundarum nuptiarum plane augeant, exemplo
DAVIDIS MEVII parte V. *decisione* CCLLIX.



num. 9. quem ideo confutauit AVGVSTINVS
LEYSER specimine CCCXVIII. meditatione IV.
pag. 364.

(a) Conf. quos GOSVINVS AB ESBACH in *notis et additionibus ad Carpzouium* parte IV. constitutione XXI. definitione X. p. 643. cominemorauit. Idem de iure Marchico et Magdeburgico, et locis, vbi bonorum communio viget, testatur Dn. KNORR l. c. p. 34. 35. existimans, quod iure Saxonico in portione, ex statuto vel pactis, superstiti coniugi obueniens, exulent poenae secundarum nuptiarum. Saltem in Franconia locum non habet *lex hac edictali*, quae est sexta C. *de sec. nupt.* vt patet et titulo CV. §. I. *der Landts Gerichts = Ordnung des Herzogthums Francken.* vide PETRI RODERICI DEMERADT *fasciculum differentiarum iuris communis et Franconici*, parte IV. differentia V. §. 4. p. 192.

§. XI.

Haec eo fine adduxi, vt pateat: an propitia veritate hoc deuolutionis ius e legibus Romanis, praesertim e L. 3. C. *de secundis nuptiis* possit deriuari?

Male me habet, quod ius deuolutionis Brabantinum in iure ciuili, et quidem in dicta lege fundatum esse contendat IO. HENRICVS MEIER in dissertatione, *de iure deuolutionis in Brabantia vsitato, in iure ciuili radicato*, Erfordiae c10 l0cc xxvi. vulgata. Nam alia instituta sunt Belgarum et Germanorum, alia sunt Romanorum scita. Sed regnat inter quos-



quosdam cacoëthes, vt cuncta e corpore iuris, tanquam e cornucopiis, deducenda esse credant, siue conueniant cum Romanis siue ab eis abhorreant (a). Quasi vero aliae gentes tam stupidae fuissent, vt nihil scire potuerint, nisi a limine et foro Quiritium petitum! Similes profecto iis, qui omne genus vestimenti fastidiunt, quod Parisiis non est confectum, neque sellam satis aptam corpori credunt, nisi Londino sit profecta. Confer interea definitionem LXXII. CAROLI DE MEAN, infra a nobis exhibitam.

(a) Maxima est superstitio quasuis veritates, logicas, physicas, aliasque, propriis iamiam principiis suffultas, ex legibus Romanis petere. Sic ex L. 6. D. *ad municip.* probatur, quod errore veritas non amittatur. Argumento L. 2. D. *de iurisdic.* ostenditur, quod is, qui vult finem, velit media. Quod impossibile nulla sit obligatio, e L. 185. D. *de R. I.* docetur: Quod reipublicae intersit, ne quis re sua male vtatur, discendum e §. 2. *de his, qui sui vel alieni iuris.* Quod virgo, cuius natura menstruum vectigal non exsoluit, non sit sana, hauriendum e L. 17. D. *de aedilitio edicto.* Quod aetas centum annorum finis sit longaeui hominis, illustratur e L. 56. D. *de usufructu.* Quod in toto et pars contineatur, tradit L. 118. *de R. I.* Recte castigat eiusmodi leguleios AVGVSTINVS LEYSER in *dissertatione de superstitione iuridica in foro et extra forum obuia*, capite II. §. XXIV. pag. 43. 44. Comparata quoque HVGONEM GROTIVM in *prolegomenis ad scriptores historiae Gothicae* p. 63.

§. XII.

Equidem me non latet illud AGATHIAE: *Franci politia ut plurimum utuntur Romana, et legibus iisdem: eandem etiam contractuum et nuptiarum rationem, et diuini numinis cultum tenent. Verum, qui peruerse ita ratiocinantur, vel perfolam §. XI. in viam reduci queunt. Est iuri ciuili suus honos, maxima sapientia, magnus usus. Nec meam facio legem nonam codicis VVisigothorum, libro II. titulo I.: quamuis enim eloquiis polleant (leges Romanae); tamen difficultatibus haerent: nolumus legibus Romanis amplius conuexari.*

Interea commonstrauit amplissimus vir et iureconsultorum hodie princeps, CORNELIUS VAN BYNKERSHOEK ante Carolum Audacem in Belgio nullam iuris Romani mentionem, multo minus usum exstare. Confer quoque HVGONIS GROTHII *appendicem epistolarum, epistola DCCXXXVII.*

§. XIII.

Pro in ficulneum est argumentum, ex quo nonnulli temere colligunt, ius deuolutionis latere in iure ciuili, dum in hoc quasdam secundarum nuptiarum poenas deprehendunt.

Aeque

Aeque imbecillis est haec consequentia, qua ad alia iuris Romani scita infelici conatu delabuntur. Apud Romanos, aiunt, filii erant heredes sui, et hi in condominio ficto cum patre viuebant, ceu eleganter, vt solet, docuit grauissimus praeses, CORNELIVS VAN BYNKERSHOEK libro II. *obseruationum iuris Romani* capite I. Adde sis IOSEPHVM AVERANIVM libro I. *interpretationum iuris* capite IX. IACOBVM VOORDA *interpretationum et emendationum iuris Romani* capite IV. et ANTONIVM SCHVELTINGIVM p. 665. *iurisprudentiae veteris anteiustinianae*.

§. XIV.

Quemadmodum vero haec philosophandi ratio derisum effugere non potest; ita crassioris filii eorum tela videtur, qui deuolutionis ius e L. 25. §. I. D. *de his, quae vt indign. texere vellent*. Conatus, quem ne teruncii facio. Iuuat tamen audire errandi occasionem. Neomagensium nemo potest ex cuiusquam, liberos habentis, testamento ultra dimidium eius; quod liberis ab intestato sit debitum, capere, prout statutum legitur in der gereform. Landregten des Quartiers van

K

Nim

Münnegegen tit. XXII. num. 14. Quae dispositio cum statuto Gothano per omnia suauissime concordare videtur; quod tamen hic nunc sub incudem vocare non attinet.

§. XV.

Idem iudicium esto de Ultraiectinorum statuto, quod iubet, vt parentes, prolem legitimam ex mutuo coniugio habentes, non nisi vsumfructum bonorum suorum vtro citroque legare possint, ex edicto ordinum Ultraiectinorum anni MDCCCXXI., testante V. C. IOANNE IENSIO in *stricturis iuris Romani*, hoc ipso anno editis, p. 220.

CAPVT SEPTIMVM

IN QVIBVS CASIBVS IVS DEVOLVTIO-
NIS CESSET?

§. I.

VSv fori conclamata res est, quod tam per dispositiones inter viuos, quam per testamenta ciuibus abolere liceat ius devolutionis, hocque per contrariam voluntatem aut testando, aut paciscendo valide possint antiquare. Firmare videtur hanc opinionem
paroe-

paroemia: *Geding bricht Land-Recht*, et, si quid video, IO. NICOLAUS HERT, ad hoc proverbium commentans, §. IV. p. 411. in eadem haeret opinione, quod videlicet in huiusmodi caussis a iuris Germanici scitis impune liceat discedere. Magno quoque verborum apparatu eandem sententiam olim tueri conatus fuit REGNERVS SIXTINVS, qui per totum consilium XVI. volumine I. *consiliorum Marburgensium* in eo sudavit, vt probaret, licere omnino per vltimam voluntatem vires iuris deuolutionis tollere, atque in testamento statuere, quod nulla ratio huius iuris sit habenda, quum iura patria, quae tali in casu nihil determinent de potestate testandi, de successione ab intestato sint capienda, nec haec prohibeant parentes, in testamento iuris ciuilibus tradita liberis praescribere. Quandoquidem testamentorum maximus sit fauor, et publici intersit, ea exitum habere, adeo vt statuta, liberam testandi facultatem adimentia vel restringentia, iniqua censi debeant, quoniam cum bonis moribus pugnare videantur. Hinc quoque facile comprehenditur, cur PETRVS STOCKMANS deuolutionis iuri per testamentifactionem derogari posse affirmet, et expressa vo-

luntate vtriusque coniugis, vel pactis dota-
libus tolli posse deuolutionem statuat l. c.
capite IX.

§. II.

Ego dicam, quod sentio hoc de argumen-
to. Si Germani antiqua iura ac priscos mo-
res abiecerunt, quam primum ius Romanum
fuit receptum, hocque contra istos inualuit,
prout in caussa possessionis id deduxit V. C.
IO. VLRICVS CRAMER, multi nominis apud
Marburgenses iureconsultus, in programme
*de praesumptione pro iure Romano contra mores anti-
quos Germanorum* p. 9.; res est expedita. Sin vero
institutorum suorum Germani fuerunt tena-
ces, nec concesserunt, vt iuris Romani hac in
parte aliqua valeat dispositio, quod Rhenano-
rum, VVetterauorum, Hassorum ac Thuringo-
rum statuta, et ea, quae hoc ipso opusculo
hac de re disputauimus, satis abunde probant;
non video, quod in fraudem legum et morum
patriorum iuris Romani amplissima et largissi-
ma testandi licentia possit admitti. Aut enim
statutis eiusmodi et moribus vim legis tribuis:
aut eos nullius valoris esse credis. Vbi prius
defendere lubet, vt facile hoc demonstrare
poteris

poteris consensu virorum eximiorum IVSTI HENNINGI BOEHMERI, IOANN. GOEDDAEI, ERNESTI COTHMANNI, PAVLLI CHRISTI-
 NAEI, NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. DE LYNCKER, BENEDICTI CARPZOVII, IOAN-
 NIS GOTHOFREDI DE MEIERN, aliorum;
 tum ius ciuile tibi conclusionem, vel potius
 responsionem ac decisionem huius thematis
 statim suppeditabit, quod nempe leges ausu
 priuato nemo plane conuellere et subuer-
 tere possit.

§. III.

Idem iudicium esto de pactis dotalibus.
 Docent quidem ABRAHAMVS A WESEL *de
 connubiali bonorum societate*, tractatu II. nume-
 ro 12. p. 42. itemque ANTONIVS MATTHAEVS
rerum iudicatarum obseruatione X. numero 15.
 p. 58. 59. et *obseruatione I.* numero 50. p. 32.,
 quod ius deuolutionis per pacta dotalia ita ab-
 rogare queant coniuges, vt liberis contra ho-
 rum tenorem, illo vti plane non liceat. Sed
 vero non perspicio, an haec doctrina firmo ni-
 tatur talo. Potius eam refellit L. 38. *de pactis*,
 quum pactis priuatorum iuris dispositio, pro-
 pitia Themide, tolli nequeat.

K 3

§. IV.

§. IV.

Vltimo loco haec species erit consideranda: an personae honoratae, praeclarae et privilegiatae, in iis locis habitantes, in quibus leges deuolutionis vigent, his teneantur? Primo obtutu idem mihi videtur esse, ac si quis ex me quaereret: vtrum dedecori sit Germanis, legibus teneri Germanorum, easque obseruare? Sed DAVID MEVIVS (a), itemque AVGVSTINVS LEYSER (b) has personas, praefertim academicas, nec non consiliarios et ministros principum a iurisdictione senatus vr bani ita exemptos arbitrantur, vt nec statutis, quae ipse princeps condidit, aut a ciuitate condita, sua auctoritate confirmauit, obligentur, tametsi in vrbe contrahant, vel quidquam aliud disponant. Nemo non videt supponi hic senatum oppidanum gaudere iurisdictione. Verum complures ciuitates, in primis in Hassia et in vicinis regionibus, iurisdictione carent, siquidem, Gissae et Marburgi, praetor principis, excluso senatu, ciuibus ius dicit, omnisque iurisdictione in vrbe ad principem pertinet. Hoc casu vereor, ne argumenta MEVII in auram abeant, quum legibus principis sui quilibet

libet subiectus esse debeat. Nisi statuas, plebis hoc esse legibus teneri Germanicis, maximo contra honori cedere personis praeclaris legibus iudicari Romanis.

(a) *ad ius Lubecense*, quaestione praeliminari III. numero 33. seqq.

(b) *meditatione ad pandectus II. specimine LXXIX.*

§. V.

Equidem PAVLLVS VOET *de statutis*, sectione VII. capite II. p. 298. privilegiatas personas et nobiles, quod ad immobilia attinet, statutis loci subiectas esse contendit, habet etiam quosdam, idem sentientes. At vero si, quid ego statuam, dicere licet; existimo probe obseruandum esse: num ius deuolutionis a senatu municipali fuerit introductum? an vero loci consuetudine a longinquo inde aeuo fuerit obseruatum, aut ab ipso principe fuerit stabilita haec lex? Si a senatu, quippe qui potestate legislatoria non gaudet, si ciuitates exceperis imperii, statutum eiusmodi sit sancitum; ego certum esse reor, quod honoratas personas id non obliget. Sin consuetudine inueterata, vel principis iussu deuolutionis ius vigere animaduertamus; non video, qua ratione

tionem personae praeclarae ab isto se exemptas statuere queant: nisi doceant prius, honori ipsis cedere iure Romano obligari, turpe autem esse iure teneri Germanico.

CAPVT OCTAVVM

CONCLUSIONES MISCELLAS, EASQUE PRAGMATICAS, E IVRE DEVOLVTIONIS PROFLVENTES, TRADIT.

§. I.

SI dominium vniuersi patrimonii, post mortem coniugis vnius, transfertur in liberos, dubium esse videtur: an coniunx superstes prospicere possit filiabus primi tori de dote, e bonis deuolutis depromenda? hoc quidem permittunt iura Hassiae verbis clarissimis, atque in Brabantia hoc licere testis est PETRVS STOCKMANS *de iure deuolutionis* p. 54. Qui e principiis iuris civilis haec decidere vellet; id fieri non posse forsan dixerit. Namque L. vlt. C. *de dot. prom.* praecipit omnem dotis promissionem ex bonis solius patris esse soluendam. Quocirca camera imperii, referente IOACHIMO MYNSINGERO, negauit filiae

filiae dotem constitui posse in bonis deuolutis. Ratio dubitandi maxima in eo poni posset, quod hoc modo filiae dos constituatur in re propria. Sed, aiunt, quum dotatio incumbit parenti viuo, atque eius bona afficit, tanquam aes alienum, inde sequi, vt eiusmodi dos, deuolutionis tempore, in bonis eius amplius non exstitisse credatur.

§. II.

Dein huc pertinet quaestio: num bona deuoluta in legitimam imputentur? Et statuit supremum Brabantiae concilium, quod nec acquisita, nec deuoluta, imputari queant in legitimam. Vide PAVLLI CHRISTINAEI decisionem CCCLXXVII. volumine I. p.604.

§. III.

Porro sine obseruatione non est dimitendum, quod coniux superuiuens, et ad nuptias secundas profiliens, vi deuolutionis, amittere tutelam credatur; adeo quidem, vt nullum hic attendatur discrimen inter patrem matremue. (a)

(a) Ius Suecicum, matri, quae ad secundas nuptias transit, tutelam permittit, hac conditione, si videlicet ad eam idonea et utilis sit, vt e tutela commodum sperare queant

L

queant

queant liberi primi tori, testante IOANNE LOCCENIO in
Synopsi iuris ad leges Sueticas accommodata p. 49. quaest. VI.

§. IV.

Quum I. K. terna coniugia iniuisset, atque ex primo toro filium sustulisset, secundum vero matrimonium et tertium sterilia fuissent, ac interea, durante tertio coniugio, fratri suo G. A. K. pratum quoddam an. c. 1010 vendidisset; filius post obitum patris hunc contractum emtionis venditionis nullum esse, ac contra ius celebratum fuisse contendit, et rei instituit vindicationem, iure deuolutionis nixus. Cui quidem pro validitate contractus, excipiendo opponebat emtor, quod filius patris heres exstiterit, et idcirco et facta patris praestare debeat. Dein pratum venditum non ex ipsius matris, sed e patris patrimonio profectum affirmabat. Nihilo tamen secius, ob vigorem iuris deuolutionis, contractus a iudice fuit rescissus. Ex qua decisione deuolutionis vsus Gissae clare patescit.

§. V.

Praeterea facilis ad decidendum est ista visio: num quando in bonis deuolutis filio
coelibit

coelibī defuncto succedat mater potius; an vero cognati prioris mariti et patris filii de-
mortui? Lubet speciem ex actis referre:

Als einmahls von wegen der rückfälligen Güter in einem solchen Fall Streit vorgefallen, daß nemlich ein Weib in erster Ehe etliche Güter, so ihr erster Mann in die Ehe bracht, mit demselbigen eressen, und einen Sohn gezeugt, der Mann gestorben, und das Weib samt dem Sohn nach sich verlassen, sie, das Weib zur andern Ehe geschritten, und dadurch, vermöge Marburgischer Gewohnheit, des Eigenthums aller liegenden Güter verlustig worden, der Sohn in zweyter dieser Ehe stirbt, und verläßt die Mutter neben dem Stieff-Vater nach sich im Leben; die Mutter gesegnet diese Welt auch; und des ersten Mannes Verwandte, aus diesem Grund, daß, vermöge angeregter Gewohnheit, die bona avita oder Stamm-Güter ihnen angefallen seyen, die vom ersten Mann hinterlassene und auff den Sohn vererbte Güter angesprochen; Ist sowohl aus anderen als folgenden Motiven dahin am Samt-Hoff-Gericht zu Marburg geschlossen, die consuetudo seye als stricti iuris et contra ius commune so weit nicht zu extendiren, sondern die originaria per translationem ad descendentem mutiret, und habe die Mutter den Sohn geerbet.



Ita in caussa Hannß Seimbücher contra Ludwig Clausen Erben, den 7. Iulii anno 1702.

Quae decisio in quantum cum iis, quae huc vsque docui, conueniat, vident omnes, ac de eius cum iuris deuolutionis conuenientia iudicabunt rerum patriarum periti.

CAPVT NONVM

AFFINIA IURIS DEVOLVTIONIS COM-
MEMORAT.

§. I.

QUEMADMODVM ius deuolutionis liberis prioris matrimonii aduersus tristitia, et ex secundis nuptiis imminetia mala prospicere vult; ita gentes aliae eiusmodi incommodis similem medelam quaesiuerunt. Idcirco Amstelodamenses, Zutphanienses, Velau, Medioburgenses et Dauentrienses, nuptias secundas coniugi superstiti non prius permittunt, nisi docuerit, factam esse ab ipso liberis prioris tori bonorum assignationem. Fit haec in bonis parentis praedefuncti, aut eorum loco in certa pecuniae quantitate, per quan-

quandam transactionis speciem. Licet in-
 terea parenti superstiti, adiecta pacto, de
 futura successione, in illa bona assignata, vt
 nempe, liberis morientibus, ea deuoluantur,
 vel iure Aesdomico, vel iure scabinico. Le-
 gendi hac de re HVGGO GROTIVS in *manu-*
ductione ad iurisprudentiam Hollandicam, libro I.
 capite IX. num. 6. 7. et ABRAHAM A WESEL
de connubiali societate, capite IV. num. 73. 74.
 nec non IOANNES VOET in *commentario ad D.*
titulo familiae erciscundae §. 29.

§. II.

Commemorandum pariter est ius reca-
 dentiae, seu successio Brabantina, qua pater-
 na paternis, materna maternis cedere debent.
 Explicuit hoc ius, eiusque fundamenta com-
 monstrauit Dn. IVSTVS HENNING BOEHMER
 consultatione DCCCLXXXIV. num. 22. seqq.
 itemque IOANNES NICOLAUS HERT *de col-*
lisione legum, sectione IV. §. XXVI. p. 193.

§. III.

Postremo loco notandum erit ipsum ius
 reuolutionis a deuolutionis iure probe discer-
 nendum esse. Nam istud vult, vt bona here-
 ditaria



ditaria immobilia ab intestato recidant, et reuoluantur ad heredes defuncti, qui nimirum huic sunt gradu proximi. Viget hoc ius inter Iuliacenses, ceu docuere MELCHIOR VOETZ *de iure reuolutionis* capite IV. et camerae imperialis assessor perillustis, Dn. GEORGIUS MELCHIOR DE LVDOLFF, volumine III. *obseruatione forensi CCXCVII. §. III. p. 489. 490.* Natura huius iuris reuolutionis non fert testamentificationem, conseruatque bona tam auita, quam ista, tametsi mobilia sint, quibus per pacta dotalia, siue alia, qualitas auitorum fuit attributa.



VSVS

VSVS PRACTICVS
IVRIS DEVOLVTIONIS,

E
CAROLI DE MEAN *
AD
IVS CIVILE LEODIENSIVM
OBSERVATIONIBVS ET REBVS
IVDICATIS,
DEMONSTRATVS.

* De hoc iureconsulto Dn. Assessor GEORGIVS MELCHIOR DE LV-
DOLFF in *commentatione systematica de iure camerali* p. 204. sic iudicat:
excellētissimus Leodientium Papinianus, CAROLVS DE MEAN,
hoc elogio insignitus a iureconsulto Belga, PETRO STOGKMANS,
de iure devolutionis parte I. capite V. num. 5.





OBSERVATIO CXII.

Pag. 230. 231. volumine primo, editionis secundae, quae LEODICE
EBVRONVM cl. cl. lxx. prodiit.

Ad articulum decimum quintum.

OU il y à enfant de leur lit, tous biens immeubles demeurent affectez à leurs enfans en propriété, l'usufruit en demeurant au sourvivant, soit pere ou mere, avec le domaine de tous meubles, credits, et actions personnelles, sans que les enfans puissent rien pretendre, à charge de les nourrir et eslever.

SYNOPSIS.

- E**X consuetudine Leodien-
si, bona constante matrimonio a coniugibus possessa, remanent usufructu tenuis, penes superstitem, et quoad proprietatem deuoluuntur in liberos.
- Parentes tenentur alere liberos de suo, maxime cum sunt usufructuarii bonorum, quae liberorum sunt.
- Ius deuolutionis, in plerisque aliis etiam regionibus, locum habet: sed non iuxta
M consue-

- consuetudinem Leodiensem, quia proprietas liberorum, nuda ab usufructu, est transmissibilis in liberos: Leodii non ita.
4. Ex iure communi, bona paterna non deuoluuntur in liberos, viuo patre.
5. Idem est dominus acquiritorum constante matrimonio, exclusa vxore, et eius haerede.
6. Vsumfructum habet in bonis maternis filii.
7. Item, mater in profectiuus, mortuo marito non habet vsumfructum, sed solum in donatione propter nuptias, quam differentiam coniugum et bonorum tollit consuetudo Leodiensis.

Ex D. infort. L. si quis a liberis §. lib. 25. tit. 3. de agnosc. et alend. liber.

Ex D. Nouo. L. substitutio 42. lib. 47. tit. 1. de acquir. rer. dom.

Ex Cod. L. 2. lib. 3. tit. 33. de usufruct. L. 7. 2. 3. et fin. lib. 6. tit. 59. de bon. matern. L. cum oportet 6. et fin. lib. 6. tit. 60. de bon. quae liber.

Ex Nouell. 18. §. prohibemus 4. de trient. et semiss. Nouell. 127. cap. 3.

Ex Decretal. cap. 2. lib. 4. tit. 20. de donat. int. vir. et vxor.

Ex Epit. consuet. Leod. cap. 11. art. 30.

I.

SOLVTO morte alterutrius coniugum matrimonio, bona eo constante ab his possessa, proprietate tenus deuoluuntur in liberos, remanente penes superstitem siue patrem, siue matrem, usufructu. Attest. illa solemnis anno 1573. 20. Aprilis: de qua in obs. ad art. 23. huius tituli: et attest. 9. Martii 1611. etiam feudalia, ita tamen vt horum proprietas primogenito solum afficiatur. Attest. Scab. Leod. anno 1573. 16. Martii: sed mobilia, res creditae, et actiones personales, pleno iure dominii, etiam extantibus liberis, soluto morte vnus ex coniugibus matrimonio, ita ad superstitem spectant, vt in iis, liberis nihil iuris superfit, ad cuius petitionem admitti possint. Attest. Scab. Leod. anno 1566. 24. Decemb. anno 1587. 3. Iunii, et 1581. 28. Nouemb. anno 1605. 23. Ian. 1618. Febr. 1. et 21. 22. Martii: nisi alimentorum, quorum onere, contemplatione lucri, seu dotalitii consuetudinarii, d. Attest. 1611. 9. Martii: (quod mores superstiti coniugum deferunt) hic erga liberos, grauatur.

2. Nam

2. Nam parentes, de suo liberos alere tenentur, *L. si quis a liberis §. D. de agnosc. et alend. liberis*: et de usufructu bonorum, quorum proprietas penes liberos est, eos exhibere. FABER in *C. lib. 6. tit. 36. definit. 13. Text. in Nouell. 18. de trient. et semiss. §. prohibemus 4.*

3. Ius istud deuolutionis bonorum, a coniugibus constante matrimonio possessorum, in fructu, liberos; manente penes superstitem ex iis, usufructu, in multis Belgii prouinciis, aliisque regionibus, locum habet; sed non ad eam formam, qua ius ciuile Leodiensium, illud induxit; ut nempe non aliter in liberos deuoluatur in effectū, vel deuoluta censeatur proprietas bonorum, quam si parenti usufructuario fuerint superstites; et si praemori contingat, nunquam fuisse in rerum natura fingantur: cui consequens est, in vim eiusmodi fictionis, censei fundatum fuisse in non ente, ius deuolutionis; iuxta *art. 36. huius tituli*: alias enim etiam supposito iure deuolutionis, nuda usufructu proprietas, in haeredem transmitti potest. GAIL. *lib. 2. obseru. 143. num. 2. 3. et per tot.* prout et obligari, *L. 2. C. de usufruct.* CASTIL. SOTOMAIOR *quotid. controu. iuris de usufruct. cap. 34. num. 8. et 10.* nisi talis consuetudo probeatur in indiuiduo, qualis est Leodiensis, quae proprietatem liberorum praemorientium, parentibus usufructuariis caducam facit, et similem substitutioni, quae nondum aut unquam competiit, ac proinde extra bona nostra est. Iuxta *L. substitutio 42. D. de acquir. rer. domin.*

4. Haec consuetudo introducens ius deuolutionis in liberos bonorum a parentibus possessorum, excepto solum iis usufructu, a iuris communis dispositione longe discedit, quia haec patrem bonorum suorum dominum relinquit, soluto licet morte vxoris matrimonio, prout et rerum eo constante acquisitarum, quas licet communicandas, cum vxore seu eius haerede aliqui censeant, *per text. in C. 2. in fin. X. de donat. inter vir. et vxor.* communius tamen receptum est maritum spectare; nisi ex re communi, aut



propria vxoris, acquisitae probentur: ideoque fauorabilem mulieribus esse conuentionem, vel consuetudinem, quae, acquisita inter coniuges communicat, tradit Praeses EVERHARDVS *Consil.* 136. num. 5. GARZIAS *de expensis cap.* 13. num. 14. et PECK. *de testam. coniug. lib.* 2. cap. 1. vsque ad fin.

5. In maternis vero rebus filii, pater habet vsumfructum. *L.* 1. 2. 3. et fin. *C. de bon. matern. L. cum oportet.* 6. et fin. *C. de bon. quae liber.*

6. Mater autem e contra in bonis profectitiis, non habet indistincte vsumfructum, sed solum in donatione propter nuptias, *Novell.* 98. §. 1. item et proprietatis tantum, quantum vnus ex filiis, quantitas facit, modo a secundis absteat nuptiis: *Novell.* 127. cap. 3. quam bonorum et coniugum differentiam, tollit consuetudo Leodiensis, et generaliter omnia tam profectitia, quam materna, et ex aliis vndequaque caussis acquisita bona, constante matrimonio possessa, iure deuolutionis figit in persona liberorum, quoad proprietatem; reseruato superstiti coniugum pater ille sit, aut mater, vusufructu.

OBSERVATIO CXIII.

pag. 231. 232. volumine I.

Ad articulum decimum sextum.

ET n'est tenu tel usufruituair donner caution pour les biens appartenants en propriété à ses enfans, n'y en faire inventaire.

SYNOPSIS.

1. **P**arens superstes vusufructuarius, non tenetur ad cautionem respectu bonorum, quorum proprietates est penes liberos.
2. Etiam si ad secundas transeat nuptias.
3. Excepto casu fideicommissi, in *L. iubemus. C. ad SCtum Treb.*
4. Ma-

4. Mater vsufructuaria, moribus nostris etiam non tenetur satisfacere. sunt liberis, etiam in eorum potestate non constitutis.
5. Parens superstes vsufructuarius, non tenetur ad cautionem respectu bonorum, quae proprietate tenus affecta inuentarium.
6. Non tenetur etiam conficere inuentarium.
7. Sed solum simplicem bonorum descriptionem, quae distinguitur ab inuentario.

Ex D. veteri, L. 1. §. recte lib. 7. tit. 9. vsufr. quemadm. caue.

Ex Cod. L. fin. lib. 6. tit. 30. de iur. deliberand. L. iubemus 6. §. 1. lib. 6. tit. 48.

ad SCtum Trebell. L. fin. lib. 6. tit. 59. de bon. matern. L. cum oportet 6. et

L. fin. §. fin. autem aes alienum lib. 6. tit. 60. de bon. quae liber.

Ex Epit. consuet.Leod. cap. 1. art. 7. cap. 11. art. 15. 30.

I.

PARENS superstes vsufructuarius, non tenetur satisfacere rem in liberos suos, proprietate tenus deuolutam, saluam fore, nec inuentarium eius conficere. *Hoc art. 16.*

2. Ac quidem etiam ex iure communi, pater vsufructuarius bonorum maternorum, et aduentitiorum filii, satisfacere non tenetur; L. cum oportet. 6. et L. fin. §. fin. autem aes alienum. C. de bon. quae liber. paterna reuerentia eum excusante, et a ratiociniis, cautionibus, et ab aliis omnibus, quae ab extraneis vsufructuariis, a leguntur; d. §. fin. autem aes alienum, siue in priore matrimonio pater, ex quo filios habuit, permanere voluerit, siue filiis Nouercam superinduxit. L. fin. C. de bon. matern. et ibi AR. PINELL. num. 1. sq. et ad L. 1. in 2. parte, num. 31. IOAN. CASTIL. SOTOMAIOR de vsufruct. lib. 1. cap. 3. num. 92.

3. Exceptio casu speciali, L. iubemus. 6. §. 1. C. ad SCt. Trebell. vbi seruandorum fideicommissorum caussa, quibus auus patrem, vel matrem intuitu nepotum, vel pronepotum grauauit; si secundis se pater, vel mater matrimoniis iunxerint, necesse est vt satisfactio ab iis praebetur, quod notat PINELL. d. parte 2. L. 1. num. 31. C. de bon. matern.

4. Alias satisfacere non tenetur pater vsufructuarius, nec consequenter vxor superstes, vsufructuaria, cum iuxta

M 3

more



mores nostros liberos mortuo patre, habeat in potestate, *art. 7. tit. 1. consuet. Leod.* et eiusdem naturae, soluto morte mariti matrimonio, habeat vsumfructum, quem ipsa praemoriante, assequeretur maritus: nam vir, et vxor, soluto alterutrius matrimonio, eodem et correlatiuo iure reguntur, *art. 15. huius tit.* ac proinde semota iuris communis ratione, quae matrem tutelae liberorum rationes reddere, satisfacere et reliqua tutorum onera subire cogit, IOAN. CASTIL. SOTOMAIOR *de vsumfruct. cap. 3. lib. 1. num. 13.* Mirum non est (cum diuersam personam moribus nostris induat, et potestatem in liberos acquirat) diuerso iure a communi Romanorum, illam regi.

5. Hanc a satisfactionis, et cautionum onere libertatem, retinent parentes vsumfructuarii, moribus nostris: etiamsi paterna, vel materna potestas, per emancipationem, vel nuptias soluat; nec enim consuetudo *hoc art. 16.* relata distinguit, quamquam insuper, etsi multi Doctores sentiant, patrem, filii emancipati bona administrantem, satisfacere teneri, quasi cessante patria potestate; nulla tamen id lege decisum tradit IOAN. CASTIL. SOTOMAIOR *de vsumfruct. lib. 1. cap. 3. num. 15.* et praesertim attenditur vsumfructus, in quo plenissimam potestatem habet parens, *d. L. cum oportet. 6. §. sin autem.* Ex quo infert AR. PINELL. *d. parte 2. L. 1. num. 30.* Parentem vsumfructuarium bonorum filii, etiam in potestate sua non constitui, a satisfactionis, et cautionum onere esse immunem; quae si ex iuris communis ratione procedunt, multo magis moribus nostris obtinent: vsumfructus siquidem parentum, iure Leodiensi ad mixtam habet proprietatis causam; cum praemorientibus liberis proprietariis, plenum ius domini, consolidato proprietati vsumfructu penes parentes resideat: et fictione consuetudinis, censeatur proprietas nunquam ab vsumfructu discessisse, iuxta *art. 36. huius tit.* ideoque aliquid insuper moribus nostris vsumfructui parentum additur, ultra plenissimam, quam ius commune, in *d. L. cum oportet. 6.*

§. fin

§. *in autem.* parentibus vtendi, fruendi, tribuit potestatem.

6. Inventarium etiam bonorum, proprietate tenus in liberos deuolutorum, parens superstes usufructuarius, conficere non tenetur, *hoc art. 16.* quae sententia etiam iure communi recepta est, et tanquam verior a camera imperiali approbata, MTNSING. *cent. 2. obseru. 93.* quam post CANCERIVM, GAIL., GVTIERREZ., IMBERT., RVPELLANVM nouissime sequitur, et confirmat IOAN. CASTIL. SOTOMAIOR *de usufruct. lib. 1. cap. 3. num. 87. sq.* refutato PINELLO *ad partem 2. lib. 1. num. 23. seq.* contrarium sentiente.

7. Existimat tamen CASTILLO SOTOMAIOR *d. cap. 3. num. 88.* parentem usufructuarium, teneri ad descriptionem bonorum, quorum ipse vsumfructum habet, et liberi proprietatem; quia in iis tantum respicit probationem veritatis, ne cum tempore, bona occultari possint. PINELL. *in d. parte 2. lib. 1. num. 23.* MTNSING. *d. obs. 93. num. 7. et 8. iuxta text. in L. 1. §. recte. D. usufr. quemadm. caueat.* quae descriptio bonorum, distinguitur ab inventario haeredis, usufructuarii, extranei, et aliorum, ad reddendas rationes obligatorum, in quo magnam solemnitatem interuenire necesse est, iuxta *L. fin. C. de iure deliber.* et ad quam etiam astringitur, cui inventarii conficiendi non incumbit. GAIL. *lib. 2. obseru. 144. in fin.* CASTIL. SOTOMAIOR *d. cap. 3. num. 88.* a qua proinde descriptione bonorum, parentem usufructuarium, etiam moribus nostris non esse immunem, existimo, eumque recte facturum si in testamentum redegerit, quae et qualis res, tempore usufructus fuerit. *d. L. 1. §. recte.*

OBSER-

OBSERVATIO DCXCIX.

APPENDIX OBSERVATIONIS CXXIII. OBSERV. CXXVIII.
OBSERVAT. CCLXVII. ET OBSERVAT. CCCXLII. AC
OBSERVAT. CCCXLIII.

parte quinta clo loc LXIX. pag. 362. 363. 364 365.

De iure deuolutionis in Brabantia, et quando
sublatum censeatur.

S T N O P S I S.

1. **T**hesis quaestionis.
2. Reseruatio facultatis ad disponendum superstiti coniugum, non tollit ius deuolutionis, si dispositio non sequitur.
3. *Vsusfructus haereditarius, seu proprietas cum iure fruendi in duplici deuolutione honorum aui in filium, filii in nepotem, est duplici vinculo illigata, sed ita ut praemoriante nepote pater habeat facultatem disponendi proprio iure.*
4. Aliud est, si, cessione facta a patre vsusfructus, filio proprietario, hic fuerit per consolidationem factus dominus, tunc enim proprietas ad patrem non reuertitur.
5. Pactum familiae fieri non potest in praeiudicium minoris; et proprietatis ad eum spectantis.
6. Pactum familiae in feudis fieri non potest, citra confirmationem superioris.
7. Imo nec in aliis bonis.
8. Resolutio donationis ex intervallo fieri non potest per minorem, quia haec resolutio incidit in donationem.
9. Remissio vsusfructus a patre filio fieri potest, etiam in potestate eius existenti.
10. Donatio filio familias facta, conualidatur per emancipationem, subsequuta traditione et possessione.
11. Remissio vsusfructus hoc casu est simplex, nec continetur renunciatione actuum reciprocorum.
12. Proprietas etiam nuda ab vsufructu est cessibilis, et transmissibilis de iure communi, etiam ea, quae competit liberis, modo de consensu patris, censeatur consentire pater

- pater cum acceptat cessionem proprietatis a filio sibi fructuario factam.* 14. *Refutatio vsusfructus feudi non eget insinuatione.*
13. *Standum est dispositioni, seu cessioni vsusfructus, ne vxor maneat indotata.* 15. *Defectus insinuationis non potest obici ab alienante eiusque haerede.*

Ex D. veteri, L. si per alium. 6. §. docere. lib. 2. tit. 7. D. ue quis eum, qui in ius vocatus est. L. sicut. 8. §. si voluntate. lib. 20. tit. 7. D. quib. modis pignus vel hypothec. L. si vsusfructus. 66. lib. 23. tit. 3. de iure dotium.

I.

INTER Antonium et Lutgardem coniuges conuenit vt vsusfructus omnium bonorum superstitis esset, cum facultate tamen vendendi, oppignorandi, minuendi, augendi, et de iis vt supra disponendi. Nato ex his filio *Guilielmo* et *Mariae* coniugato, atque ex eorum nuptiis genito *Ioanne Guilielmo*, moritur primo *Lutgardis* auia, deinde *Maria* nurus, atque *Ioannes Guilielmus*, *Isabellam* in vxorem dicit, postquam quadriennio ante, *Guilielmus* pater, dicto *Ioanni Guilielmo* vsusfructum domini d'Alstorf cessisset, qui per consolidationem vsusfructus cum proprietate, pleno iure dominus, de dicto dominio, in rem vxoris suae *Isabellae* disposuit, ac turbato mortalitatis ordine, *Guilielmo* patri praedeceffit, qui ex secunda vxore filium genuit huius caussae actorem. Vindicat ille dominium d'Alstorf, cum appendicibus, aliaque prout in actis, petitque se eorum dominum declarari, tam iure successionis, et pacti familiae anni 1621. quam pactorum dotalium anni 1634. Opponit *Isabella* vidua *Ioannis Guilielmi*, testamentum mariti, quod actor frustra reseruandum esse contendit, cum de licentia directorum dominorum ad testandum de feudis constet, caeteraque omnia solemnna in testamentis requisita interuenisse.

2. Nec iure negari possit, quin *Ioannes Guilielmus*, testamenti factionem habuerit, si quidem conuenta inter

N

Anto-



Antonium et Lutgardem coniuges, auum et auiam, et reser-
uata facultas superstiti disponendi, non tollit ius deuolu-
tionis, cum *Antonius* facultate vsus non sit. Ideoque con-
stat deuolutioni sua vis in bonis de quibus superstes non
disposuit, nec aliud censetur actum a defuncto coniuge,
quam quod arbitrio superuiuentis subiecerit deuolutionis
effectum, quo arbitrio et facultate, si illa vsus non fuerit,
dum vixit, tandundem est ac si nunquam data fuisset.
D. Consiliarius STOCKMANS in *tract. de iure deuolutionis*,
parte 1. cap. 9. num. 10. Potuit enim superstes disponere, et
non disponere; et si non disposuerit, creditur pater fami-
lias superstes sponte sua relinquere legitimam haeredita-
tem, *L. conficiantur. 8. in principio, D. de iure codicillorum*,
quae ab intestato, in iure deuolutionis tollit, si effectus se-
cutus sit alienationis, *L. sicut. 8. §. si voluntate, D. quibus
modis pignus, PECKIUS de testam. coniug. lib. 1. cap. 30. n. 2.*
praeses EVERHARDI *consil. 60. n. 13. versic. modo clarum
est.* Quoniam verba cum effecta sunt accipienda, *L. si per
alium. 5. §. docere. 1. D. ne quis eum, qui in ius vocatus.* Nec
enim haec facultas relicta superstiti soluto matrimonio
disponendi de rebus coniugum, cum ea non vtitur super-
stes, magis ius deuolutionis tollit, quam potestas coniugi-
bus, constante matrimonio competens, iuri deuolutionis
derogat, si coniuges potestate non vtantur, haec enim fa-
cultas superstiti concessa est, effectus potestatis constante
matrimonio vtrique coniugi competentis, quae cum effe-
ctu caret, manet illibatum ius deuolutionis, eadem ratione
qua cum coniuges constante matrimonio non disposuerunt.
d. L. 5. §. 1. d. L. sicut. 8. §. si voluntate.

3. Non obstat, quod per mortem *Lutgardis* auiae de-
uoluta quidem fuerit proprietas in *Guilielmum* patrem, sed
subordinate per mortem *Mariae* vxoris eius in *Ioannem Gui-
lielmum* filium, qui cum *Guilielmi* parenti praedecefferit,
evanuit eius proprietates; in duplici enim deuolutione aui
in filium, filii in nepotem, vsusfructus haereditarius, seu pro-

proprietas, cum iure fruendi manes penes auum, sed duplici vinculo illigata subordinate filio, et nepoti; moriente autem auo succedit filius in illam proprietatem nepoti subordinate affectam, D. STOCKMANS *d. tractatu, parte 2. cap. 8. per totam.* Cui Brabantiae consuetudini consonat consuetudo Leodiensis, *obseru. mea 128. parte 1. et obseru. mea 123. num. 4. et 5. atque obseru. 267. num. 4. parte 2.* Vnde proprietario nepote ante parentem decedente, pater superstes praedicto vinculo dissoluto, liberum arbitrium disponendi de iisdem bonis recuperat suo iure, non vt haeres liberorum, WAMESIUS *consil 58. cent. 6. in ciuilibus, num. 1.* D. STOCKMANS *tract. de iure deuolutionis, parte 1. cap. 6. num. 6.* Quod etiam conforme est, *art. cons. Leod. 35. cap. 11. obseru. mea 129. num. 1.*

4. Non obstant inquam supradicta, quia supposita consuetudine Brabantiae supradicta, de qua praeconulti aliter responderunt, *Guilielmus* parens cessit vsumfructum *Ioanni Guilielmo* filio proprietario, retinuitque sibi solum ad tempus facultatem eundi, et exeundi in castrum, atque inspectionem iurisdictionis, donec *Ioannes* filius foret coniugatus, ex qua cessione factus per consolidationem dominus subsecutus nuptiis pleno iure de hoc feudo disponere potuit, finitur enim vsufructus, si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur, §. *finitur, institutus de vsufructu, lib. 2. tit. 4. L. si vsufructus. 66. D. de iure dotium.* Ac proinde praemoriante licet *Ioanne Guilielmo* filio, proprietas ad *Guilielmum* patrem suo iure reuerti non potuit, quod per cessionem eius, et consolidationem cum proprietate filii, desiderat esse patris, *d. §. finitur.*

6. Nec quidquam prodesse potest pactum familiae anni 1621. cum eo tempore, de eo conuenerit, quo *Ioannes Guilielmus* ex deuolutione factus erat proprietarius feudi, cuius proprietati et minori aetati hoc pacto praeiudicare non potuit parens, nec quilibet alius. Quodque pro nullo et irrito habuit parens, dum anno 1630. vsumfructum feudi



cessit filio proprietario, et quidem eo sine, ut matrimonium contraheret, sicque de feudo disponderet, illudque in dotem daret, quod casu ex promissione dotis quodammodo creditor, aut emptor intelligitur, qui dotem petit, *L. ex promissione. 19. D. de obligat. et action.*

6. Quod pactum familiae insuper ex alio capite nullum est respectu feudorum, quia de illis citra confirmationem superioris, pacta familiae, nec fieri nec consistere possunt *GREVAEVS ad Gail. lib. 2. conclus. 127. considerat. 1. n. 7.*

7. Imo nec de aliis bonis, per personas etiam particulares, nisi concessa per principem facultas, auctoritasque illius interueniat. *GOMEZIVS ad L. Tauri L. 40. n. 11. et 12. vers. aliquando maioratus*, cumque hoc casu paciscentes auctoritatem principalem interuenire voluerint neque interuenerint, nulla ratione pactum familiae sustinere potest.

8. Non potest etiam actor fundare actionem in pacto dotali, quo videtur *Ioannes Guilielmus* pactum familiae approbasse. Inest his pactis dotalibus duplex circumuentio, tum quia filius eo tempore minor approbat pactum familiae de iure irritum et nullum, tum quia ius ususfructus a parente ipsi simpliciter cessum, atque ita proprietatem ex cessione ususfructus consolidatam, et pleno iure illius factam, propter finitum per cessionem vsumfructum. *d. §. finitur, institutis de ususfructu*, subiicit fideicommissum et pacto familiae, quae est iterum species alienationes, *L. finali C. de rebus alien. non alienand.* et quidem minori, iure prohibita, cum a filio minore nulla cautio dari possit ad resoluendam donationem, quam parens in eum contulit, *L. si ad resoluendum. 7. C. de praediis, et aliis rebus minorum.* Haec enim resolutio donationis ex interuallo, incidit in donationem, quam esse alienationem, ideoque minori vetitam, cum res eius sit, nemo dubitat. *L. magis puto. 5. §. fundum. D. de rebus eorum, qui sub tutela*, et *PINELLVS ad L. 1. parte 3. num. 54. C. de bonis maternis.*

9. Nec obstat, quod in *d. L. si ad resoluendum 7.* dicatur in

in filium quidem, sed emancipatum, collatam a patre donationem reuocari non posse; tempore autem cessionis, seu remissionis vsusfructus, *Ioannes Guilielmus* non fuerit emancipatus, ideoque videatur magis esse destinatio paternae voluntatis, quam perfecta donatio, *L. cum de bonis. 11. C. de donat.* quamque parens ideo possit adimere, *L. donationes. 31. §. pater, D. de donation.* Hoc enim est speciale in remissione, seu cessione vsusfructus a patre filio proprietario, vt etiam familias facta subsistat, quasi diuturna donatione in filium celebranda, qui vsusfructum detinuit, quem patrem eius habere oportuerat. Textus ad verbum in *L. cum oportet. 6. §. si autem, C. de bonis, quae liberis*, *BAR-TOLVS ad D. frater a fratre, num. 57. D. de conditione indebiti*, *IOAN. DE ATEON num. 25. in additionibus ad cap. 4. de donat. tomo 2. num. 24. GOMEZII var. resolut.*

10. Deinde cum post emancipationem per nuptias sui iuris factus, dominium possederit, clarum est donationem filio familias factam, etiam rei pleno iure ad patrem spectantis, ex postfacto, per emancipationem et possessionem, irreuocabiliter validatam fuisse, *GAIL. obseru. lib. 2. obs. 38. num. 24. MENOCHIVS lib. 3. praesumpt. 29. num. 67. TVSCVS in verbo donatio, conclus. 673. num. 20.* Tantoque magis; quod per sententiam confirmata fuerit aduersus patrem filio possessio domini d'Alstorf, quae ex alio capite confirmari non potuit, quum ex remissione vsusfructus ante matrimonium filio facta.

11. Consenserunt enim et pater et filius in rescissionem pactorum reciprocorum, et sic in rescissionem pacti familiae anni 1521. et pactorum dotalium anni 1634. in quibus *Guilielmus* parens dicit se cedere vsusfructum domini d'Alstorf, aliorumque bonorum *Ioanni Guilielmo* filio, vicissimque filius cedit proprietatem haereditariam coloniae de Burgerdorf parenti, cum omnibus iuribus et iurisdictionibus, et alia in pactis dotalibus expressa. Sed mansit actus remissionis vsusfructus anno 1630. a patre filio factus, inter-



medius praetense pacto familiae anni 1621. et pacto dotali anno 1634. integer et illibatus, vipote non reciprocus, sed simplex cessio vsusfructus filio proprietario, ex qua cessione, finito vsufructu, d. §. *finitur, institut. de vsufruct.* perperam et contra rei gestae fidem pater in pacto dotali *Ioannis Guilielmi* filii narrat, quod filio cedat vsufructum dominii d'Alstorf, quem poterat (vt ibidem dicit) retinere ad vitam, cum anno 1630. illum cessisset filio, et quidem eo adiecto, vt cum contraheret matrimonium, vsufructus omnino extinctus esset, cessarentque reservationes per patrem factae, ex vsufructu vsque ad tempus matrimonii a filio contrahendi. Sicut et perperam parens in pacto dotali filii sui repetit transactionem seu pretensum pactum familiae anni 1627. a quo per simplicem et nudam cessionem vsufructus filio proprietario anno 1630. intermedio tempore recesserat. Tantoque minus filius *Guilielmi* ex secundis nuptiis, nunc iisdem praetense pacto familiae et dotali innititur, a quibus parens recessit, quaeque mutuo consensu sunt abolita. Mansitque *Ioannes Guilielmus* dominus pleno iure dicti dominii d'Alstorf, vigore remissionis vsufructus paterni factae filio ad contrahendum postea ab eo matrimonium, de quo proinde libere disponere potuit, praesertim in vxorem, ne alias maneret indotata resolutis pactis dotalibus, et filio secundi matrimonii retinente coloniam de Burgerdorf, eum iuribus et iurisdictionibus a *Ioanne Guilielmo*, in fauorem secundi matrimonii patri cessam.

12. Quae tamen bona retinere non posset, si illi dominium d'Alstorf auocare liceret eo praetextu, quod *Ioannes Guilielmus* patri esset praemortuus, sicque proprio iure ad patrem pertinerent, cum in primis, praesumendum sit, in terris Imperii seruari ius commune, et consequenter, coloniam de Burgerdorf, in Archiepiscopatu Coloniensi; et sic, cum bonis annexis in Imperio sitam regi iure communi, ac proinde proprietatem dictorum bonorum a *Ioanne Guilielmo* patri cessam, intuitu liberorum secundi matrimonii

nii

nii fuisse formalem, cessibilem et transmissibilem, licet nudam ab usufructu. *L. 2. C. de usufructu*, GOMEZIVS *variar. resol. tomo 2. cap. 15. de seruitut. num. 9. obseru. mea 342. et obseru. 343. parte 3.* consentiente vt hoc casu, et acceptante parente. *L. finali, §. filius autem, C. de bonis, quae liberis.* Quis consensus patris, habet vim cessionis, quique proinde proprietatem non solum formalem iuris, sed etiam consuetudinariam validaret ob fictionem breuis manus, ex qua, cum filius proprietatem patri fructuario cedit, censetur prius cesso a patre usufructu, consolidatam proprietatem in illum transferre, *obseru. mea 187. num. 11.*

13. Deinde, cum cessantibus pactis dotalibus, necesse fuerit *Guilielmum* parentem *Ioanni Guilielmo* filio, bona quaedam donare propter nuptias, et anno 1630. ideo usufructum domini d'Alstorf filio cesserit, huic cessionis indubie standum est, et in vim eius, dispositioni per *Ioannem Guilielmum* in uxorem factae.

14. Nihil etiam obstat, quod haec cessio usufructus coram domino directo, seu curia feudali, insinuata non fuerit, cum fieret in fauorem successuri ab intestato, essetque simplex refutatio usufructus in fauorem filii, in quem proprietates feudi erat sub deuoluta. *ROSENTHAL de feudis, cap. 9. membro 1. conclus. 52. num. 8. et 9.*

15. Tum etiam quia defectus insinuationis coram curia feudali obiici non possit ab alienante eiusue haerede. *LOÛET en ses arrests lit. D. arresto 4.* et ibi *BRODEAU in fine, obseru. mea feudalis 45. num. 5.* qui vindicans feudum exceptioni doli mali, repellitur, *d. obseru. 45. n. 5. parte 1.*

DEFI-



DEFINITIO XVI.

NON valet testamentum etiam iure Leodicensi, quo coniuges superstitem instituunt haerodem cum facultate disponendi, quasi constante matrimonio, si in testamento communi coniugum praeteriti sunt liberi, etiamsi in testamento, a superstite coniugum condito sint instituti, quod etiam non valet.

DEMONSTRATIO.

Ius ex deuolutione bonorum immobilium quaesitum tolli non potest per testamentum coniugis superstitis.

Ius deuolutionis bonorum in liberos potest impedire per coniuges constante matrimonio, relicta liberis legitima.

* * *

Ex opere posthumo CAROLI DE MEAN, quod vocatur *definitiones ad ius civile Romanorum, Leodiensium, aliarumque gentium, canonicum et feudale*, LEODICI EBVRONVM CLDCCLXXVIII. folio. Definitiones sequentes usum practicum iuris deuolutionis commonstrant, et quidem

DEFINITIO XII.

quae legitur pag. 33. 37.

LIBERI proprietarii discussa haereditate mobiliari, non tenentur ad aes alienum constante parentum matrimonio contractum, ultra vires patrimonii immobilis in eos deuoluti.

SYNOPSIS

S T N O P S I S

huius definitionis, et eorum, quae huic pertinent.

4. **M**orte vnus ex parentibus deuoluitur proprietates bonorum in liberos.
6. De iure communi sui heredes improprie dicuntur domini, iure Leodiensi autem liberi per deuolutionem fiunt simpliciter proprietarii.
13. Morte vnus ex parentibus afficiuntur bona liberis quoad proprietatem iure deuolutionis.
14. Deuolutio non est successio, sicut bona non sunt hereditas.
17. Iure deuolutionis afficiuntur liberis ea tantum bona, quae supersunt deducto aere alieno.
19. Aliud in deuolutione, et eo casu, quo bona nihil incommodi habent.
23. Distinctio inter deuolutionem et successionem, bona et hereditatem resultat ex pace publica Tungrensi, vulgo sedecem virum dicta.
25. Transmissio et deuolutio sunt quid diuersum, et bona deuoluuntur in liberos sine onere inuentarii, et aeris alieni, nisi in subsidium, et non ultra vires patrimonii.
26. Nepotes, in quos subdeuoluta est proprietates non tenentur ad aes alienum, a patre eorum contractum.

4.

NON videri, referre, quod iure deuolutionis, morte vnus ex parentibus afficiatur liberis bonorum ab iis constante matrimonio possessorum proprietates, ideoque etiam viuo parente superstite domini existimentur.

6. Neque obstat, quod sui heredes viuo patre domini quidem existimentur iuxta ius commune, sed cum particula diminuentem: quodammodo, quae improprietas denotat. BARBOSA in tractatu de dictionibus, in dictione quodammodo. 328. Liberi vero iure Leodiensi, soluto morte vnus ex parentibus matrimonio, fiant per deuolutionem simpliciter proprietarii, seu domini detracto usufructu, qui penes superstitem parentum remanet.

O

13. Sed



13. Sed bona immobilia a parentibus constante matrimonio possessa, soluto morte vnus ex iis, matrimonio, manent affecta liberis, quoad proprietatem iure deuolutionis, *art. 15. cap. 11. consuet. Leod. obseru. mea 112. parte 1. D. STOCKMANS d. tractatu, cap. 1. n. 8. et 9.*

14. Inter deuolutionem vero, et successionem multum interest, *D. STOCKMANS d. cap. 1. num. 1. et cap. 5. per totum.* Sicut inter bona, et haereditatem: haereditas enim iuris nomen est, *L. pecuniae. 178. §. haereditas, D. de verborum significationibus*, et sicut etiam sine villo corpore iuris intellectum habet, *L. haereditas. 50. D. de petitione haereditatis*; ita ad rem non pertinet, quod in haereditate res incorporales continentur, nam ipsum ius successionis incorporale est, *L. 1. §. quaedam, de diuisione rerum.*

17. Ac proinde cum *art. 15. cap. 11. consuet. nostrae*, bona immobilia dicuntur affici liberis soluto morte vnus ex parentibus matrimonio, intelliguntur affici per deuolutionem ea, quae deducto aere alieno supersunt, quia enim solum proprie dicuntur bona, quae supersunt, quia ea solum proprie dicuntur bona, quae supersunt deducto aere alieno, *L. subsignatum. 39. §. bona, D. de verb. signific. obseru. mea 119. num. 1. D. STOCKMANS in tract. de iure deuolutionis, part. 1. cap. 13. num. 5.*

19. Sed aliter in deuolutione bonorum, quam in successionem, bona intelligenda sunt, nimirum naturaliter, vt nihil incommodi proprietariis saltem vltra vires patrimonii immobiliaries inferant, sed deducto aere alieno, quod ab haerede mobiliari haberi non potuit, intelligantur *art. 22. cap. 11. consuet. Leod. et obs. mea 119. num. 1. parte 1. D. STOCKMANS d. cap. 13. num. 5.*

23. Quae pax publica demonstrat, aliam esse rationem deuolutionis, aliam successionis: aliam esse bonorum, aliam haereditis. Et primo quidem haerodem mobilium conueniendum esse tanquam solum et proprium haerodem, quae discussio mobilium ab ipso iure ciuili originem habet, *L. finali, §. sin autem aes alienum, C. de bonis, quae*

quae liberis, *L. a diuo Pio. 15. §. 1. D. de re iudicata, d. obseru. mea 119. num. 1.* Discussio autem bonis mobilibus haereditatis, si rite et iuxta iuris dispositionem inuentarium confecerit, aut eo omisso, omnibus bonis eius etiam immobilibus discussis, si tunc soluendo non sit res mobiliaris, creditoribus ius esse in bona in liberos proprietarios deuoluta: quos aequitas cogit, pati bona, aere alieno, constante matrimonio a parentibus contracto, imminui, cum iniquum alias foret, bona integra manere penes liberos, et creditores frustrari debitis suis, per eos in quos nihil aliud dici possit deuolutum, ex ipsa iuris ratione, quam quod deducto aere alieno superest, *d. L. subsignatum. 39. §. bona, D. de verbo significat.* Et ita erudite definitum reperi a praestantissimo Viro D. STOCKMANS, post rem a Concilio Ordinario Episcopi, et Principis Leodiensis iudicatam, supra relatam, prorsus ad terminos consuetudinis nostrae Leodiensis, tractatu de iure deuolutionis, cap. 13. per totum et maxime num. 4. et 5.

25. Quae transmissio proinde longe diuersa est a iure deuolutionis, quo bona immobilia in liberos deuoluuntur sine onere inuentarii, et aeris alieni, constante parentum matrimonio contracti, nisi in subsidium, et non ultra vires patrimonii immobilis in eos deuoluti, non tanquam haereditatis, (vt in suis haeredibus de iure ciuili) sed bonorum, deducto aere alieno, *d. L. subsignatum. 39. §. bona.*

26. Ex praemissis euidentis est, quantum aberrarint non solum a iuris nostri principiis, sed ciuilibus Romanorum illi pragmatici, quibus in mentem venerat, nepotes, in quos soluto morte auiae et matris matrimonio, subdeuoluta erat proprietas bonorum ab auo, et auia possessorum, et in patrem eorum primo deuoluta teneri ad aes alienum, a patre eorum contractum, vt notauit *definitione mea 7.* Quandoquidem subdeuolutio proprietatis in nepotem iniecisset vinculum patri, ne bona in nepote subdeuoluta alienare posset; quae est vis deuolutionis, omnino distincta a transmissione, quae haereditatis est, et quidem transmittentis etiam in suis haeredibus, &c.



DEFINITIO LXXII.

pag. 191. 192. 193.

QVOMODO *L. feminae*, et *L. hac edictali*,
C. de secundis nuptiis, et quibus in casibus
locum habeant, et habere possint?

S T N O P S I S.

1. **I**ure Leodienſi per mortem
vnius ex coniugibus, fit
deuolutio bonorum immobi-
lium vtriusque coniugis;
vſusfructus vero eorum, et
bona immobilia pleno iure
ſpectant ad ſuperſtitem.
2. Bona a ſtipite et linea pro-
cedentia ſpectant ad liberos
primi thori.
3. Lege communi bona prae-
defuncti coniugis tantum
deuoluuntur in liberos,
etiam proprietates bonorum
mobiliu.
4. Iure Leodienſi fit deuolutio
bonorum immobilium ad li-
beros, ſiue ſuperſtes tranſeat
ad ſecundas nuptias, ſiue
non; ſecus iure Romano.
5. Parens ſuperſtes poteſt diſpo-
nere de bonis acquiſitis, ſo-
luto vltimo matrimonio.
6. Liberi in bonis acquiſitis ſo-
luto matrimonio, cenſentur
vt extranei, et in eis, legi-
timam praetendere non poſ-
ſunt, et fidei commiſſo graua-
ti fructus dictorum bonorum
in Trebellianicam impu-
tant.
7. Bona immobilia ſoluto ma-
trimonio quaefita, induunt
naturam immobilium vlti-
rioris matrimonii; quando
ſuperſtes tranſit ad vltio-
res nuptias.
8. Parens ſuperſtes poteſt tranſ-
ferre reliqua bona in ſecun-
dum matrimonium, ſi ius
deuolutionis fit ſublata
per teſtamentum commune.
9. An ſi ſuperſtes conferat in
vitricum aut noueram plus
bonorum immobilium primi
thori, quam importet legiti-
ma liberorum, locus ſit diſpo-
ſitioni hac edictali?
10. Reſoluitur affirmatiue.

Ex

Ex Codice. L. feminae. 3. L. generaliter. 5. L. hac edictali. 6. §. his illud de secundis nuptiis, lib. 5. tit. 9. Authentica, hoc locum, si secundo nupsēris, lib. 5. tit. 10.

Ex Nouellis. Nouell. 22. §. illud quoque de nuptiis. Nouell. 98. §. 1. Nouella 117. cap. 10.

Ex consuet. Leod. cap. 10. art. 3. cap. 12. art. 9. 15. 28. 29. 32.

I.

QVAE priori definitione * tradita sunt, locum habent iis in prouinciis, in quibus ius commune viget. Alia enim est ratio iuris ciuilis Leodiensium. Quia soluto morte vnus ex coniugibus matrimonio, proprietas omnium bonorum immobilium, tam viri, quam vxoris deuoluitur in liberos, saluis usufructu eorum superstiti, et plena, ac absoluta proprietate mobilium, lege superstiti insita, alendi liberos, *art. 15. cap. 11. consuetudinis Leodiensis.*

2. Omniaque bona a stipite, et linea procedentia, spectant ad primi matrimonii liberos, *d. cap. 11. artic. 28. praesumunturque talia, art. 29. cap. 11.*

3. Ita vt iuxta mores Leodienses, dispositioni *L. foemina. 3. C. de secundis nuptiis, L. generaliter. 5. L. hac edictali C. §. his illud, et Nouell. 98. §. 1.* aliquid accedat, quia iuxta eas leges praedefuncti coniugis bona, solum deuoluuntur in liberis, iure Leodiensi autem vtriusque immobilia nimirum, nam iure Romano etiam mobilium proprietates liberis reseruantur, *d. L. hac edictali, §. his illud.*

4. Ex hac tamen iuris Romanorum dispositione fluxisse ** ius deuolutionis docte demonstrat *D. STOCKMANS tractatu de iure deuolutionis, parte 1. cap. 4.* Habentque se ius ciuile Romanorum et Leodiensium in eo, vt excedentia et excessa, nam vtriusque coniugis bona immobilia in

O 3

* Praecedens definitio LXXI. statuit, quod pater aut mater, qui ad secundum matrimonium conuolarunt, relicta liberis primi coniugii legitimis, possint plus relinquere liberis secundi matrimonii, quam primi.

** Falsissimum hoc esse obseruavi capite VI.

liberos, morte alterius coniugum ius Leodiense deuoluit, siue ad secundas superstes transeat nuptias, siue non. Romanum vero superstitis solum, si ad secundas conuolet nuptias, salua tamen proprietate dotis et donationis propter nuptias, quae illi per mortem praedefuncti obuenerit, quae soluto matrimonio, statim ad liberos pertinet, siue ad secundas venerit nuptias, siue non: *Novell. 98. cap. 1.* Ius Romanum etiam mobilia praedefuncti coniugis liberis afficit, *d. §. his illud*, D. STOCKMANS *d. cap. 4.* contra, quam ius Leodiense, *d. cap. 11. art. 15.*

5. Nec limitatur per *d. L. hac edictali* iure nostro potestas parentis disponendi de mobilibus, soluto ultimo matrimonio, ab illo acquisitis, vel de iis, quae illo tempore, collateralis successione obuenerunt, quia *art. 32. cap. 11. consuetudinis Leodiensis*, expresse dispositum est, illa omnia bona, ad liberos ex quibuslibet matrimoniis genitos, aequaliter peruenire ex lege successione intestatae, nisi parens superstes aliter disposuerit, de quibus disponendi proinde parenti superstiti plena est, et absoluta potestas, *obseruat. mea 126. parte 1.*

6. Cuiusque enim matrimonii bona immobilia, liberorum sunt ex eo genitorum, et in bonis mobilibus, aut immobilibus eo soluto acquisitis, liberi iure sanguinis non censentur, sed extraneorum; in quibus proinde liberi, nec legitimam, praetendere possunt, nec quidquam aliud, quod fauori liberorum lex tribuit, ut cum fidei eorum a parentibus, quid committitur alteri restituendum, in Trebellianicam ex fideicommissio detrahendam fructus non imputent, qui eam vel minuant, vel absumant: iuxta *L. iubemus C. ad Sc. Trebell. obseru. mea 72. num. 6. parte 1* huius *L.* dispositio enim locum habet, solum cum quid relinquitur liberis, ut liberis, non autem aut extraneis; quo casu eodem iure habentur, quo hi, qui fideicommissio grauati fructus in Trebellianicam imputant, *d. obseru. 72. num. 6. obseru. 81. per totam et maxime num. 6. art. 3. cap. 10. consuet. nostrae.*

7. Sed

7. Sed cum superstes coniux aliis illigatur nuptiis, bona immobilia, ab eo soluto matrimonio quaesita, immobilium naturam per secundum matrimonium, huius intuitu induunt, sunt bona immobilia constante primo matrimonio quaesita respectu liberorum primi matrimonii, et si secundum solui contingat, illa secundis nuptiis illata, pari modo in liberis ex his deuoluuntur, sicut bona prioris matrimonii in liberos ex iis deuoluta fuere de *obseru. mea 81. num. 4. art. 30. et 31. cap. 11.* Proindeque frustra est apud nos quaestio superiori definitione agitata, an parens secundis in-nexus nuptiis, relicta liberis legitima, possit plus relinquere liberis secundi, aut vltioris matrimonii, quam primi? Non enim legitimam solum, sed solidam et ex asse bonorum immobilium proprietatem iure Leodiensi habent liberi ab intestato morte alterutrius ex parentibus, et si quae soluto matrimonio quaesita sunt, in eorum successione, primus gradus non est liberorum, sed viri aut vxoris, si secundam duxerit maritus, aut illa secundo nupserit. Nec aliter sunt liberorum eo casu, quo moritur superstes ex vltimis nuptiis, quam ex eius voluntate, si de bonis in vltima viduitate quaesitis aliter non disposuerit; sicut penes eum ius est, et facultas disponendi, *art. 32. cap. 11. consuetudinis Leodiensis.*

8. Coeterorum, si parentes, relicta solum liberis legitima, ius deuolutionis testamento, sustulerint, et vltimo superstiti facultatem disponendi reseruauerint, de reliquis bonis immobilibus in primum matrimonium illatis, aut de iis, quae eo constante obuenerunt, non vidi vnquam apud nos dubitatum, quin in secundas nuptias bona illa inferre possit, sicut in extraneos potest disponere: et illud etiam iuri communi esse conforme probant, *Novell. 22. §. illud quoque de nuptiis*, et *Novell. 117. cap. 1.* vt priori definitione late demonstratum est.

9. Sed quid si ex bonis, a coniugibus constante matrimonio reseruatis, per testamentum, in rem superstitis relicta
liberis



liberis legitima, superstes in vitricum, aut nouercam conferat, plusquam sit legitima liberorum, an non sit locus dispositioni *d. L. hac edictali* in principio. Non enim videtur eadem ratio, quae mobilium, et eorum immobilium, quae soluto matrimonio acquisita sunt, quia in iis superstes omnimodam habet disponendi facultatem, nullo legum vinculo, ex consuetudine illigatam. Sed etsi ius deuolutionis in bonis matrimonii, per dispositionem coniugum sublatum sit, possintque ideo illa bona in secundum matrimonium inferri, ita vt vsusfructus ad vitricum, aut nouercam, et proprietas ad liberos ex secundis nuptiis pertineat, cum vsusfructus translatio, in vitricum et nouercam non inhibeatur, *Authent. hoc locum C. si secundo nupsit*, quia edictum vsusfructum rerum donatarum non inuidet nouo coniugi, *CYRILLI ad d. L. hac edictali*. Nec proprietatis translatio in liberos secundi matrimonii etiam vetetur, relicta liberis primi matrimonii legitima, *d. Nouell. 22. §. illud quoque, et d. Nouell. 117. cap. 1.*

10. Nihil tamen vetat, quin haec bona primi matrimonii reseruata dispositioni superstitis coniugis in vitricum, aut nouercam, non ita possint pleno iure transferri, vt legitimae liberorum primi matrimonii aestimationem superent, contra *d. L. hac edictali*. Non enim hoc casu reperio iuri communi per consuetudinem nostram derogatum; cui proinde standum esse videtur odio vitrici, aut nouercae. Quibus satis superque esse debet eo casu ipsis de vsufructu, et liberis de proprietate prospici ex bonis primi matrimonii reseruatis dispositioni superstitis.



CON-



CONSPECTVS CAPITVM ATQVE PARAGRAPHORVM.

CAPVT I.

AGIT DE IVRE DEVOLVTIONIS IN GENERE.

- §. I. Enarrat auctores, qui de iure deuolutionis iam egerunt, et scopum auctoris in genere, qui
- §. II. in specie indicatur.
- §. III. Recenset auctores, qui de iure Germanico sunt bene meriti.
- §. IV. Exhibet definitionem iuris deuolutionis; id quod secundum
- §. V. non est vniforme, sed variis sese exserit modis, et
- §. VI. recte ad deuolutionem hoc fertur, si tertia patrimonii pars liberis cedit, et quarta superstiti relinquitur coniugi.
- §. VII. Qua ratione ius deuolutionis fiat conspicuum in vrbe Gothana?
- §. VIII. PETRI STOCKMANS et SAMVELIS STRYKII definitiones iuris deuolutionis examinat;
- §. IX. illius denominatio iam medio in aeuo recurrit; quid vox *deuoluere* connotet?
- §. X. Iure deuolutionis superstes coniux proprietatem amittit, nihilque retinet, nisi *vsufructum*, et quidem perpetuum.

CAPVT II.

DE IVRE DEVOLVTIONIS IN VARIIS BELGII PROVINCIIIS CONSPICVO.

- §. I. Ius deuolutionis in Brabantiae regionibus, ratione successione beneficiariae, florere, consuetudines clientelares,
- §. II. ratione rerum allodialium ius Louanienfe, et
- §. III. statuta Mechliniensia testantur.
- §. IV. Conciliantur leges Brabantinae clientelares, et statuta Mechliniensia.
- §. V. Apud Louanienfes, aliisque in locis viget deuolutio.

CAPVT III.

DE IVRE DEVOLVTIONIS IN VARIIS GERMANIAE PROVINCIIIS.

- §. I. Obtinuit ius deuolutionis apud Germanos, praesertim in prouincijs Rhenanis,
- §. II. Francofurti propter Moenum, quod
- §. III. specie quadam, seu casu firmatur
- §. IV. in solo Eppsteinensi et Wetteraviae regionibus,
- §. V. in Hassia, quod consuetudibus Hassiacis,

P

§. VI. re-

CONSPECTVS

- §. VI. responfo Scabinorum Giffen-
fium.
§. VII. Marburgenfium, et
§. VIII. testimonio IOANNIS FER-
RARIJ firmatur.
§. IX. Apud Solmenfes id viget, ac
§. X. in Thuringia, quod ftatuto Gq-
thano, et
§. XI. vberius docetur.

CAPVT IV.

DE HARMONIA IVRIS DEVLVTIONIS GERMANICI
CVM ILLO, QVOD VIGET IN BRABANTIA.

- §. I. Conuenientia iuris deuolutio-
nis in Germania cum Brabantino
illuftratur ex comparatione, et
§. II. fpecie quadam, feu cafu, qui
§. III. clarius enodatur.
§. IV. Non obftat tutorum conftitu-
tio, in iure Germanico praecepta.
§. V. Giffae bona immobilia, non
mobilia, fubiiciuntur deuolu-
tioni.
§. VI. De differentia vfusfructus,
quem deuolutio conftituit apud
Germanos, ab vfusfructu Roma-
norum.
§. VII. De differentia vfusfructus ex
deuolutione oriundi, et ftatutarii.

CAPVT V.

RATIONES ET FVNDAMENTA IVRIS DEVO-
LVTIONIS SISTIT.

- §. I. Cauffae iuris deuolutionis va-
riae, inter quas (1) fauor in libe-
ros impenfior,
§. II. (2) communio bonorum inter
coniuges et liberos, apud Germa-
nos, quod
§. III. (3) ex condominio vberius
declaratur, et
§. IV. (4) e conferuatione bonorum
auctorum. Aequitas iuris deuolu-
tionis, licet (a) inuito eripiat
difpofitionem rerum fuarum;
§. V. (b) aquaeftum coniugalem
aequalibus diuidat partibus; et
§. VI. (c) fupervitanti coniugi perpetuam
imponat viduitatem,
§. VII. ab alijs vindicata fuit.

CAPVT VI.

OSTENDIT, QVOD FRVSTRA IN IURE CIVILI
QVAERATVR IVS DEVLVTIONIS.

- §. I. Qua ratione ius deuolutionis in
alia abeat a iure ciuili?
§. II. doctrina Romanorum de fe-
cundis nuptiis, et eorundem
§. III. prima poenarum, in gratiam
liberorum primi matrimonii in-
troduftarum.
§. IV. Secunda poena,
§. V. tertia,
§. VI. quarta, quinta, fexta,
§. VII. feptima, odtava, nona et
decima,
§. VIII. vndecima et duodecima,
quibus
§. IX. decima tertia additur.
§. X. An hae poenae in Germania
obtineant?
§. XI. Ius hoc deuolutionis e legi-
bus

CAPITVM ET PARAGRAPHORVM.

bus Romanis deriuari posse, negarur

§. XII. contra CAROL. DE MEAN et MEIERVM.

§. XIII. Nec probari potest ex secundarum nuptiarum poenis;

§. XIV. et XV. nec e L. 25. §. I. D. de his, quae vt indign.

CAPVT VII.

IN QVIBVS CAVSSIS IVS DEVOLVTIONIS CESSET?

§. I. An ciuibus liceat abolere ius deuolutionis testando aut pacificando?

§. II. Auctoris sententia.

§. III. An per pacta dotalia?

§. IV. An personae honoratae et priuilegiatae teneantur iure deuolutionis? quod

§. V. cum distinctione docetur.

CAPVT VIII.

TRADIT CONCLVSIONES MISCELLAS, EASQVE PRAGMATICAS, E IURE DEVOLVTIONIS PROFLVENTES.

§. I. An, dominio vniuersi patrimonii, post mortem unius coniugis translato in liberos, coniux superstes prospicere possit filiabus primi tori de dote, e bonis deuolutis depromenda?

§. II. An bona dotalia in legitimam imputentur?

§. III. An coniux superiuuens, et ad

secundas nuptias profiliens, vi deuolutionis, amittat tutelam? quod

§. IV. specie quadam, seu casu de muliere terna coniugia ineunte illustratur.

§. V. An in bonis deuolutis filio coelibito, defuncto, succedat mater; an cognati prioris mariti et patris filii demortui?

CAPVT IX.

COMMEMORAT AFFINIA IVRIS DEVOLVTIONIS.

§. I. De assignatione bonorum a coniuge superstite liberis prioris tori facienda, et vbi vigeat?

§. II. De iure recadentiae, seu suc-

cessione Brabantina.

§. III. De iure deuolutionis a iure reuolutionis probe discernendo.

VSVS PRACTICVS

Statit, appendicis hoco, e CAROLI DE MEAN, celebratissimi apud Leodienses iurisconsulti, obseruationibus, nonnulla de iure deuolutionis eiusque vsu hodierno. Quae auctor eo fine huic diatribae subiicere statuit, vt pateat singulis, quo suc-

cessu ii labore, iudices, qui, posthabitis iuris Germanici dogmatibus, cuncta ad normam iuris Romani iudicare, atque lites, ex causis, plane ab hoc iure diuersis, et ab eius legibus omnino recedentibus, decidere solent?

AD vsum practicum iuris deuolutionis demonstrandum pertinet quoque illa lis, quae inter liberos Wennemuthianos et creditores Wennemuthii Gothae hoc ipso anno fuit agitata. Quum enim Wennemuthiani creditores, oborto concursu, cuncta bona superstitis coniugis ad massam concursus pertinere contenderent; liberi autem primi matrimonii, ob vigorem iuris deuolutionis, in statuto Gothano conspicui, id fieri debere negarent; iurisconsulti Ienenses, ex praescripto deuolutionis, pro liberis prioris tori, contra creditores, iudicarunt. Id quod factum mense Ianuario cIo Iccc xxxvii. in Sachen der Wennemuthischen Kinder erster Ehe, wider verschiedene Wennemuthische Gläubiger, ad requisitionem senatus Gothani.



155053

g

AB 155053

Kl 468 nd





9

GEORGII ESTOR
PROF. IVRIS ORDINARII TRIBVNALIS
CVM QVOD IENAE EST FAC. ICTORYM
CABIN. COLLEGII ASSESSORIS

IN IVRIS GERMANICI
DE
V R E
OLVTIONIS.



ENAE ET LIPSIAE
EM FRIDERICVM RITTERVM
R. c1o 1000 xxxviii.

